



Speculū officiū misse expositorium.

Secē cōtēta in hoc libro

Mistica expositio misse vitā christi et passionem allegorice representans.
Tabula sancti Bonauenture de cōsiderādis a missam celebraturis.
Octo motiua ad libenter celebrandū.
Effectus et fructus misse.
Ordines deuote añ et post cōionē dicēde.
De laude et virtute psalmorū et horis canonicis legendis.
Speculū { Peccatorum / Vite spūalis beati Bernardi / Agonisantis
Appellatio peccatoris a dei iusticia ad eius misericordiā Johannis Gersonis per modū orationis et cōfessionis.
Satio apostolorū eiusdem.

Inc. 405

1272168 (N)

Speculū officii misse expositorium.

Mistica expositio misse vitā christi et passionem allegorice representans.
Tabula sancti Bonauenture de cōsiderādis a missam celebraturis.
Octo motiua ad libenter celebrandū.
Effectus et fructus misse.
Orōnes deuote añ et post cōionē dicēde.
De laude et virtute psalmorū et horis canonicis legendis.

Secē cōtēta in hoc libro

Speculū Peccatorum / Vite spūalis beati Bernardi / Agonisantis

Appellatio peccatoris a dei iusticia ad eius misericordiā Johannis Gersonis per modū orationis et cōfessionis.
Satio apostolorū eiusdem.

1272168 (1)

Incipit speculū misse floridum qđ pulcre et vtiliter exponit officiū misse.

Onia que in misse officio agunt. tam in vocibus et signis. q̄ etiam in sacris vestib⁹ diuinis plena sūt mysterijs ac singula celesti sunt dulcedine redundantia. si diligentē habeant inspectorē. q̄ nouit mel de petra sugere oleūq̄ de saxo durissimo. Sed heu multi multas legunt missas sine deuotō et debita ꝓparatōe. sed sola necessitate ducti vel cōsuetudine (tā q̄ vitula effraim docta diligere triturā) raro vel nunq̄ huius tam magnifici sacramēti mysteria cōtemplantes. neq̄ cōsiderantes cuius vicē gerūt. aut quid quē. vel pro quib⁹. dona et sacrificia offerūt. cum m̄ Sm Gregō. maior gloria deo exhiberi nō pt q̄ in misse officio. in quo sacrificiū laudis ipe dei filius ihesus christus deo patri offert. Nullum deniq̄ sacrificiū isto est salubrius: quo peccata tollunt. virtutes augent. et mens olim spiritualiū abundātia impinguatur. De quo sic dicit Augusti. Missa honor est sanctor. salus viuorū. redemptio mortuorū. qua peccata tam viuorū q̄ mortuorū cōdonantur. Si quidē (vt aiunt) ipa missa suo modo tam plena est mysterijs. sicut mare guttis. sic̄ sol athomis. sicut firmamentū stellis. et sicut celum empireū angelis. Ideo summa cū reuerētia deuotōe puritate et humilitate ad hoc diuinissimū sacramentū pagendum. deberēt se dei sacerdotes ꝓparare: et ipius mysteria q̄tum ꝓualent nō ignorare. ne ipis cōtingat sicut symeo. q̄ act⁹ cōsimiles. put ab hoibus videt fieri operatur: qđ vero significēt minime apprehēdit. Turpe vticq̄ est causas tractāti ius in quo versatur ignorare. Cum scriptū sit. Ignorās ignorabit. Et de tali ignorantia timendū est q̄ summo iudici reddituri sunt rationē. Cōtra ignorantiā tā periculosam. hoc speculū misse ex diuersis doctorū scriptis. allegationib⁹ breuitatis cā ꝓtem missis collectū. ad oīpotētis dei honorē. et simpliciū sacerdotū eruditionē cōmunico legendū. Et q̄ breuitati insistere volui et hoc ipm de q̄ tractare cepi meū excedit ingeniū. piter et intellectū: quocirca nō solū iplozo benuolū lectorē: sed etiā liberū desidero correctorē.

De preparatōe sacerdotis celebrare volētis. Et de ornamentorū sacerdotaliū significatione.

Ante q̄ ad misse expositionē ptingamus dicendū erit de ꝓparatōne sacerdotū celebrare volentiū et de repzesentatōne sacrarū vestiū. Et q̄ sacerdos est q̄si pugil. q̄ pugnare habet cum diabolo. p delictis populi in missa. ideo armat se trib⁹ Primo ozōnib⁹. Secundo sacris vestib⁹ Tercio debitis ceremonijs. Primo igitur q̄n q̄ dicit psalmos ꝓpter trāsgressionē quinq̄ sensuū. et q̄ in singulis psalmis cōmemoratio fit de his q̄ spectant ad sacramentū et ad remissionē peccatorum. Secōo induit sacris vestib⁹ quasi armis pugnaturus spūalib⁹. iuxta illud ad Ephes. iiij. Induite vos armatura dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Alba. p lozica operit. cingulū habet. p arcu et pharetra. stolā. p hasta. manipulo. p clamat. casula quasi clipeo se. protegit. amictu. p galea caput. protegit. Libro vtitur. p gladio. Habet ergo simplex sacerdos sex indumenta. q̄ sex habet officia. catheczare baptisare. p̄dicare. ligare. absoluere. et ꝓsecrare. Ista indumēta scōm Inno. aliud in capite. i. christo. aliud in mēbris. i. sacerdotib⁹ significāt. Allegorice in christo sunt repzesentatiua vestiū xpi

quibus fuit indutus passionis tpe. Nã calcei sacerdotis designãt xpi hũanitatẽ Humerale velamẽ oculoꝝ. Alba vestẽ longã in q̃ uersus fuit ab herode. Cingulũ flagellũ manipulꝰ funẽ stola ligamen q̃ fuit ligatꝰ ad columnã. casula purpureũ vestimẽtũ. debis latꝰ patebit in alia expositiõe. Tropologice. ad sacerdotes mẽbra xpi significãt. vt moraliter et spualiter informemur. Amictꝰ spem significat de supnis z mẽtis in deũ eleuationẽ Alba p seuerantiã. hãc induẽs ornate ꝓponit in signũ q̃ vita sacerdotꝭ debet esse honesta. qua alios doceat vita z exemplo. Zona significat timorẽ q̃ phibet defluere in peccatũ. Manipulꝰ fortitudinẽ fcat in aduersis. Stola mortificationẽ carnis. duo brachia eiꝰ tẽperantiã et prudentiã significãt. Casula fcat pfectionẽ charitatis. Corona clericoꝝ q̃ rotunda est in capite: repsentat. qz ipi ministri sũt dei q̃ fine caret et pncipio. Sacerdos celebrãs xpm repsentat. Diaconus cũ subdiacono aplos z. lxij. discipulos xpi. Ceroferarij leges et pphetas.

Armatus itaq; sacerdos hoc mõ ad altare. i. xpm accedit. vbi trib⁹ alijs se munit armis vt aptior sit. Primo ꝓfessione. vt sit mũdus. ibi. cõfiteor. Scõo oratõne. vt sit deuotus. cũ dicit. Auferꝛ a me dñe. Tercio crucis impssione. Vñ Ezech. ix. Sup quẽ videris signũ thau ne occidas. Post hoc accedit ad altare. et osculatur illud. qõ significat ꝓiunctionẽ dei cũ ecclesia p dilectionẽ. et qz ipe sacerdos ex charitate vult p alijs sacrificiũ offerre. altare ecclesiã significat. duo cornua eius duas gentes.

Misse officiũ diuiditur in sex partes principales

Iso ordine numero z repsentatõe sacrarũ vestiũ. et quõ ad altare est accedendũ. nũc dicẽdum erit de missa z ipsius expositione.

Officium misse sex habet partes pncipales. quarũ prima vocat pparatio et durat ab introitu vsq; ad eplam. Scõa oꝛ instructio q̃ finit in offertorio. Tercia dicit oblatio que durat vsq;. Te igitur. Quarta appellat cõsecratio. q̃ extenditur vsq; ad orationẽ dñicam. Quinta pars misse oꝛ sacri pceptio. q̃ durat a paterno ster vsq; ad cõmunionẽ. Sexta vocatur gratiaꝝ actio. z durat vsq; ad finẽ misse

Missam dñs nr̃ iesus summꝰ sacerdos fm ordinẽ melchisedech pzimꝰ instituit. qñ in vltia cena panẽ z vinũ in corpus et sanguinẽ suũ trãsmutauit. dicẽs. hoc est corpꝰ meũ zc. Cetera oia q̃ i missa dicunt: diuersis tpib⁹ a diuersis sanctis sunt addita; put xpiane religiõis cultu crescẽte visa sũt decẽti⁹ conuenire. Missa appellat hoc noie. primo rõne angeloꝝ q̃ ibi mittunt. Scõo rõne filij dei q̃ nobis a pre mittit. Tercio rõe mediatoris dei. i. sacerdotꝭ. q̃ quẽ vota mittimꝰ deo et pces. Sacrm dicit sacrãs mentẽ vel sacrũ secretũ. Dicit aliq̃n cõio. qz nobis deũ z nos deo facit cõmunẽ. Dicit hostia qz p eũ vincimus hostes. Dicit etiã eucharistia. i. bona gratia.

Prima pars misse vocatur preparatio.

Prima ps misse pparatio dicta quattuoꝛ in se cõtinet capitula. scz. introitũ. kyrieeleison. gloria in excelsis. et collecta. Per hec q̃ttuoꝛ designant q̃bus se debẽt xpifideles adoꝛãs et deuotã misse auditionẽ pparare. Primo cũ mentis deuotõe. hoc repsentat introitꝰ. Scõo cũ mẽtis humiliatiõe. hoc insinuat kyrieeleison. Tercio cũ mẽtis erectõe. hoc fcat glia in excelsis Quarto cum impetrandi et orandi intentõe. hoc significat collecta. Introitus cuius cantus grauioꝛ est. significat clamoꝛẽ patrũ

ante legē xpi aduentū expectantiū. Ver sus cuius cantus planior est et clarior. significat desideriū xpheta. sub lege. Gloria patri repñtat exultationē patrū noui testamēti. Et ñ legē occultā sanctā trinitatē: iā manifeste glorificatā. et q tota trinitas opata est xpi incarnatōz. Introitus dicit bis. in laudē diuine z humane nature q fuerūt in xpo. Tropologice z moraliter introitus significat boni opis inchoationē. q aūt duplicat hoc fcat q in nra inceptōe debem⁹ declinare a malo z facere bonū. Dicit ideo introit⁹. q tūc sacerdos intrat de ede sacrificatur⁹. Et repñtat. q xps carne assumpta. p celsit ex castissīo virginis aluo. Hugo dicit q introit⁹ significat vaticiniū xpheta rum z desideria patrū desiderantiū christum incarnandū.

De kyrieeleison.

Secūdo disponit⁹ populus ad orōz p misēdie dei inuocationē z sui humiliationē. hoc kyrieeleison repsentat. q z kyrieel. grece latīe sonat. dñe miserere nob. Laudat q ppe z inuocat sanctā trinitatē tripli cando kyrieeleison. Dicit em̄ ter kyrie. in laudē dei pñs: ter xpeleison: in gloriā filij ter kyrie. in honorē spūssancti. Dicit nonies. ppter. ix. choros angelorz. q ab eis ptegi. et ipis pfugi i gloria petim⁹. Vel dicit nonies p̄tra nouē genera peccatorz originale veniale et mortale. qō in septem spēs diuidit. Tropologice. q kyrieeleison nouē vicibz variat. fcat misēdie dei inuocationē. qua nouē modis indigem⁹ Primo tribz modis q̄tū ad peccatorz remissionē. q ppetrauim⁹ corde ore et ope. Secōo tribz modis q̄tū ad triplicē gre collationē. scz fidei. spei. et charitat⁹. Tercio tribz modis q̄tū ad triplicē glorificationē. q̄ gaudebimus sup nos in deo. et intra nos de nobis. et extra nos de. p̄xio Kyrieeleison magne dr eē efficacie. q z cū hoc beat⁹ Basil⁹ clamasset. porte eccl'ie Papien. apte sūt. Triplicat. q z recogn̄o scimus nos peccasse p̄tra patrē p omnipotentiā. cōtra filiū p ignorantiā. cōtra spiritū sanctū malignitate. Interpretat em̄ kyrie. i. dñe. el. deus. leis. miserere. on nobis. id est o dñe de⁹ miserere nobis.

De gloria in excelsis

Ex recognitōe infirmitatis xpie. et misericordie dei inuocatōe. pertingit homo ad spiritualē exultationē dicēs. Gloria i excelsis deo. qō canticū est angelicū p laude et gratiarū actōe in xpi natiuitate decantatū. Hoc sacerdos in medio altaris dicit. q xps mediator dei est z hominū. et q p ei⁹ mediationē deo pacificati sum⁹. Dicit versus orientē. q i orientexps est nat⁹. In hoc hymno notat spes ecclesie. q cū angelis se sperat sp canere. vñ iam illoz canticū assumit. Dicitur ergo in festis. q z festa celestē gloriā z patriā repñtant. Nō aūt dr in officijs luctuosis. q p̄sentē miseriā designāt.

De collecta.

Ante collectā. i. orationē. vertit se sacerdos ad populū ipm̄ salutando dicēs. Dominus vobiscū p̄mittens. vt populum reddat attentū: vt mens eius ad deum dirigatur. Et est sensus. Dñs p̄ces vestras exaudiat. gratiā suā conferat. et premia eterna vobis tribuat. Et respondet populus dī Et cum spiritu tuo sup. sit. vt nobis et tibi salutaria valeas impetrare. Vel sic. Dominus sit in ore tuo et in corde tuo. Populus septē vicibus salutatur in missa. vt exclusis septē vicijs capitalibz gratiā spiritussancti accipiat septiformē. Et quia populus ad orandū cōuenit cū intentione impetrādi. Ideo statim sequitur collecta. cui p̄mittit sacerdos exhortationē dicens. Oremus. id est orate omnes vt quod petimus facilius impetremus. Et statim sequitur oratio. vt dominus aperiat corda audien

tium ad instructionē percipiendā. et ad digne sacramentum suscipiendum.

Oratio ipa collecta vocat. qz in ipa petita populi colligit. Vel dr sup xp̄m in collectiōz. Collecte dicunt in nūero impari. vna. tres. q̄nq;. vel septē. qz diuine psone sunt nūero impares. Una repñtat fidei vnitatē. Tres mysteriū scē trinitatis. Quinq; vulnera xp̄i quina. Septē spūs sancti septē dona. Collecta dr extensis manib;. Fcat q; xp̄s extēsus fuit i ara crucis. in q̄ patrē orabat. p crucifixoris populo. Dicit in dextera pte altaris: ad innuendū q; spūalia p̄cipl'r et eterna p dexterā signata sunt petēda. Cōcludit. Per dñm nr̄m. ie. xp̄m. qz ipe dicit in euāgelio. Quicq̄d petieritis in nōie meo fiet vobis. Per oīa secula scl'oz. valet tm̄ sicut q; oīa tpa. Amē si refert ad orōem: sūsonat idē q; fiat. Si vero ad finē conclusionis tūc valet tm̄ sicut. verū est.

c

Secunda pars misse dicitur instructio.

Acta in prima pte de populi pparatōe. nūc erit dicendū i hac pte secūda de ipi⁹ popli instructōe q̄ incipit ab epl'a in q̄ populus docet de dei mādatis. Et diuidit in sex. Primo in misterialē informationē. de q̄ in epl'a Scdo in penitentialē operationē. ō qua agit in grad. Tercio in salutarē lamētationē. et h̄ in tractu Quarto in exultationē spūritualē. et hāc exp̄mit all'a. Quinto in p̄ncipalē instructionē. de q̄ in euāgelio. Sexto in specialē fidei instructōz. de qua agit in simbolo. Rō p̄missoz. Sm Innocen. est. qz epl'a designat p̄cursoris officiū. q̄ xp̄m p̄dicando t monēdo p̄uenit. Gradale ipius penitentiā fcat. quā fecit t alios docuit. All'a fcat gaudium ō post pactā pniam p̄cedit. Post iohānis p̄dicationē sequit xp̄i p̄dicatio in euangelio. et ipius fides cōtinetur clarius in simbolo.

De epistola.

Oratione finita: dr epistola. q̄ significat doctrinā ap'loz. vel fcat doctrinā p̄cursoris dñi. Et elegāter illā p̄cedit orō qz Luc̄ x. dicit. Rogate dñm messis vt mittat oparios in messem suā. Epl'a dr ab epi. i. supra. et stolō missio. q̄si supra missio vel supraerogatio. sup̄ legē et euāgeliū. qz epl'e sunt declaratōes eoz q̄ dicuntur in euangelijs et lege. Epistola p̄cedit euangeliū sicut lex euangeliū. et iohannes xp̄m. Cantat autē in medio chori. significat xp̄m in medio doctoz. Ad orientē. qz lex et pphetia ad christū sūt ordinata. Vel qz populus ampliōris indiget intelligentie lumine Sacerdos tacet sub diacono epistolā legente. qz xp̄s tacuit. iohanni p̄dicante. Legēs eam nō recipit benedictionē. qz iohannes p̄dicauit solo deo inspirante nō publice eum mittente. Epistola nunq̄ legit̄ et quinq; libris moisi. qz in eis tēporalia. p̄mittunt: Et in signū huius pphetia p̄qua signat sinagoga: terminatur voce deflexa. In nouo testamento. p̄mittuntur spūritualia. ideo lectōnes eius finiunt in acuto cum exaltatione vocis. per qō designat status ecclesie militantis. Tropologice. epistola notat veteris legis obseruationē et euangeliū noue legis p̄dicationē.

De gradali.

Post epistolā sequitur gradale. qō alio nōie dicit responsoriū: vt notet nos hīs debere respōdere opere: que legunt in lectione. Dicit gradale. qz in gradibus solebat decantari. Et ad designandū q; verus penitēs: ascensiones in corde disponere debet et ire de virtute in virtutem: quasi p̄ gradus quosdā donec videat deus deoz in syon. qz gradale spectat ad opera vite actiue. In diebꝫ paschalib; non dicit. qz dies iste statū designat celestis patrie. vbi nō est fletus et penitentia. sed gaudiū et leticia. Debet verius qz nihil

lus veram facit penitentiã. nisi plene ad deũ cõuertatur. Vocat responsoriũ. qz p opa debemus rñderi lectõi et pdicationi Sessio sacerdotis infra grad. eplam z alleluia fcat sessionẽ xpi p triduũ in medio doctorum.

De tractu.

Temporib⁹ luctui deputatis adiungit tractus q cõpetit ex hoc. qz tm est ponꝺus peccati. q vix cũ violetia tracti ptrahimur ad bonũ. Ideo dicit spõsa. trahe me post te qõ fit operib⁹ pnie. Tractus fcat lamentũ pnie: et repñtat captiuita/tẽ babilonicã pñtis vite miseriã. Vulte note multos designãt labores. Plures habet versus. qz p multa oportet hoiem ad pniam trahi anteq̃ peccatũ destruatur. Oportet em̃ suspẽdi ab actu et voluntate peccãdi/radices excidere/consuetudines peccati delere.

De alleluia.

Diximus supra q pfectus virtutis q̃ in gradali signat. sicut ex pte difficultatis pnie habet luctũ. ita ex pte gustus dulcedinis virtutis habet iubilũ. Et iõ tpe iocũditatis alleluia cantat. qõ fcat spiritualẽ exultationẽ. Vel significat futurũ gaudiũ qõ penitẽtib⁹ promittit. qz scriptũ est. Beati q̃ lugẽt qm̃ ipi consolabunt. Alleluia est cãticũ leticie. et laus ineffabilis signans affectũ inexplicabilẽ z nulli cognitũ mortali Versus addit. qz opa laudi debẽt cõiungi. Alleluia repetit. qz in celo duplex stola speratur. aie z corpis. Tẽpore vero paschali duplicat: duplicẽ fcat resurrectionẽ. capitis z mẽbroz. Alleluia interpretat laudate dñm. vel laudatio dñi. Augusti. dicit. alle. i. salua. lu me. ia dñe. Hieronymus. alle. i. laudes. ludicamus. ia dño. Grego: alle pater. lu filius. ia spiritussanctus. Item sic. Al id est altissimus. le leuatur. lu lugebãt apostoli. ia surrexit dominus. Neuma vel loco eius sequẽtia. significat gaudiũ vite eterne inexplicabile. Sequentiã chori alternatim iubilãt. significat q̃ iubilus eternus et ineffabilis erit cõmunis hominibus et angelis. Vel vt notet̃ pcordiã charitatis nos habere:

De euangelio sancto

Euangeliũ sonat bonum nunciũ factũ per christum qui cepit facere et docere: Ipm est principalis christi instructio. et sunt ipius dulcia verba. quibus nos docuit. Diaconus libũ accipit de altari id est christo. petit benedictionẽ in signũ. q̃ nullus debet pdicare nisi missus. Duo ceroferarij precedunt. qz predicatores debent habere noticiã vtriusq̃ testamenti Vnus cereus iohannẽ significat baptistã. Thurificatio notat deuotionẽ quã debemus habere in euangelio et oratione. Premittens salutat populũ: vt ipm reddat attentũ dicens. Dominus vobiscum. Legitur aũt cõtra aquilonẽ. id est cõtra diabolũ et infideles. Vel quia per ipm peccatores vocantur ad penitentiã de terrenis ad celestia. Legitur in latere sinistro. quia iudei verba vite respuerũt. ideo cõuertitur ad gentes per sinistrã significatas. Item legitur in loco eminentiori: quia euangelio credentibus celestia p mittuntur. Et in signũ q̃ ipm sine erubescentia est predicandũ. Dicitur alte. qz omnes alias excellit doctrinas. qz sunt verba a christo prolata. Ad euangelium stamus quasi pugnare parati pro euangelio et fide christi. Nudis stamus capitibus. quia nuda nobis pronunciat veritas. Et in signum q̃ mens nostra debet esse intenta et voluntaria ad audiendum dei verba. Digitis tribus nos signamus: qui sanctam trinitatẽ significant. Legens igitur euangeliũ vel audiens signat frontẽ os et pectus. Frontem quidẽ. quia ibi est sedes verecundie

et glorie. vt significet se nō erubescere euangeliū et xp̄m. Os qz xp̄m cōfitemur. Pectus. qz xp̄m credimus. Stamus vt mens in celū diri gatur: et q̄si euangeliū securi. Signat librum quasi dicat hic est liber crucifixi quē predico. Osculatur euangeliū tāc̄ pectus dñi. Signat os et pectus. qz de xp̄o sp nra debet esse locutio et cogitatio. Diacon⁹ dalmaticā induit q̄ castitatē significat. Ample ip̄i manice: largitatē designāt. Stolā in sinistra portat versus dextrā. qz ascēdem⁹ a sinistra pnīs miserie ad dextrā celestis glorie. Lecto euangelio offert illud osculandū p̄s byter o. vt ostēdat oia bona ad deū esse referēda. Pres byter illud osculatur cū diacono vt dicāt illud. Consentio legi dei fm interiorē hoiem. Et in ꝟ est finis tra euangelij sancti lectio. q̄ nobis est salus et p̄tectio.

De simbolo fidei.

Post euangeliū sequit credo. i. fidei salutaris cōfessio. Et ideo clamat iā instruct⁹ popul⁹ qō corde credit. sed p̄s byter illud incipit. vt ostēdat q̄ fides est donū dei: a q̄ cūcta bona p̄cedūt. Vel qz a xp̄o fides reuelat: et ab ip̄o ad populū derimat. Chorus statim cōcinit vt ostēdat q̄ iā oēs fidē operant quā p dilectionē receperunt. Dicit alte vt ab oibus discat. Dicit aūt simbolū a sin. i. simul. et bolus nia q̄si plurimoꝝ sentētia.

Tercia pars misse dicitur Oblatio.

Ost c̄ dictū est de his q̄ p̄tinēt ad populi illuminationē. nūc cō sequēter videndū est de tercia p̄te q̄ dicit oblatio. Et habet sub se quinq̄. Nā primo p̄mittit populi offerentis exultatio. in offertorio. Secundo sequit sacerdotis p̄paratio. Tercio ponit oꝛōis interpellatio. in secreta et oꝛationibus. Quarto subiungit laudis excitatio. in p̄fatione. Quinto addit hymni diuini decantatio. cū dicit. Sanctus sanct⁹ sanct⁹. Ordo est q̄uenies vt post p̄dicatiōꝛ fides seq̄t in corde. laus in oꝛe. fruct⁹ in opere. Nā p̄dicatio est in euāgelio. fides in symbolo. laus et honorificētia in offertorio: fructus in sacrificio. Ergo merito dicendum est de ip̄o offertorio.

De offertorio.

Cum autē nulla oblatio accepta sit deo: nisi deus sit cū offerēte p gratiā. ergo sacerdos p̄mittit offertorio dicēs. Dominus sit vobiscū sup. ad offerendoꝛ oblationē. Salutauit primo ante collectā populū ad ꝟolandū. quo aduocatus est dñs. optās vt dñs sit cū eo ad eius desiderij explētionē. Secūdo ante euāgeliū vt dñs sit cū eo ad instructōis p̄fectionē. Nunc eū salutat vt cū eo sit deus ad offerendoꝛū receptionē. q̄si dicat. Dñs vobiscū sit. vt in sacrificiū deo offeramini. vt circa sapoꝛē oblatōis afficiamini vt oblato sacrificio incoꝛporemini. Cui respondet a pp̄lo. Et cū spū tuo. q̄tinus hoc sacrificiū in spū offerat. Deinde sequit offertoriū. cui p̄mittit verbū ad oratione exhoꝛtatoriū dicēs. Oꝛem⁹ sed nō statim subiūgit oratione. ad innuendū q̄ pura oꝛō exigit ad hoc vt munera et dona nostra deo offerant placabilia. Dicit oꝛemus. quatenꝰ fidē in simbolo firmiter teneam⁹. et ope impleam⁹. Et vt ad diuina mysteria deuote accedam⁹ Sctā cogitatōe meditatōe. z informatōe q̄ habuim⁹ in euāgelio. vocali p̄fessione quā fecim⁹ in simbolo. Reali exhibitōe: quā p̄tendim⁹ in offertorio. Offertoriū fcat exultatōꝛ z letitiā offerentiū. Et iō soleniter cantat. ad significandū q̄ ea q̄ deo sunt offerēda: offerri dñt cū mētis letitia. qz hilarē datoꝛē diligit de⁹. Sunt aūt deo tria offerēda. Primo ip̄e p̄sone. Secō necessaria sacrificio. s. vinū z panis. Tercio sacerdoti manualis oblatio. Offerre fcat se fidei z oꝛōi sacerdotis cōsentire.

De sacerdotis triplici preparatione.

Sacerdos tribus se ꝑparat ad offerẽ dum et ꝓsecrandũ. Thurificatõe. lotõe et ozõe. Primo altaris thurificatõe. i. de uotõis odore. munditie nitore. et cordis ardore. Secõo se ꝑparat digitoꝝ lotione. ad excitandũ se ꝑcipue ad inteiuã deuo/ tionẽ ⁊ puritatẽ. Et qz ꝑus lotꝰ est a ma ioribꝫ. iã etiã a minimis ⁊ venialibꝫ pur gari optat dicẽs illud. Amplꝰ laua me ⁊c. Tercio ꝑparat se ozõnis suffragio. ⁊ hoc duplr. Primo ꝑ seipm ozando. Se/ cũdo suffragiũ ab aliꝭ postulãdo. Quo ad primũ tres dicit ozões fm ꝓsuetudi/ nem ecclesie romane. Prima ibi. In spũ hũilitatis. In hac ozõe tria petunt q̃ de/ bent esse in celebrãte. scz. humiliatio coꝝ dis cum dicit. In spũ hũilitatis. Cõtri tio mẽtis. ibi. ⁊ in aio cõtrito. recta inten tio offerẽtis ⁊c. Secõa ozõ est illa. Ueni inuisibilis ꝑ. in q̃ postulat sacrandoꝝ munerũ ꝓsecratio. Tercia est illa. Sus scipe sancta trinitas. in ipa postulat ob/ latõis ꝓfectꝰ. ad honorẽ dei. in laudẽ san ctoꝝ. et ad nostrã salutẽ. Deponit aũt ca licẽ. et inter ꝭ et calicẽ hostiã. designat q̃ xps fuit mediatoꝝ dei et hoim. Aurũ si/ gnificat deitatẽ in calice. argentũ hũani tatẽ. patena caritatꝫ latitudinẽ. hostia ro tũda xpm fcat: qui principio caret ⁊ fine Alexander instituit vinũ cũ aq̃ in calicẽ poni q̃ fcat. Primo in xpo deitatẽ esse cõiunctã hũanitati. Secõo fcat populũ xpo adunatũ. qz vinũ designat xpm: aq̃ ecclesiã. Tercio ideo. qz hoc xpm in cena credunt feciss̃e. Deinde postulat suffra/ giũ eccle. et ad xpm se ꝙuertẽs dicẽ. Ora te ꝑ me frẽs et sorores. qz et ipe circũda/ tus est infirmitate. et ideo vt hom o/ dei indiget adiutorio. Appellatõe fratris et soro. innuit ecclesie vnitatẽ. charitatꝫ col ligationẽ. et pacis vnionẽ. Huic petitio ni rñdent alii. Suscipiat dñs sacrificiũ de manibus tuis. ad laudẽ et gloriã no minis sui. ad vtilitatẽ nr̃am et totius ec/ clesie sancte.

De secreta.

Sic ergo munitus sacerdos ꝓficit se/ cretã ozationẽ in qua petit vt populꝰ of/ ferẽs in suis donis et cũ suis donis deo incorporand⁹ offerat. Hec ozõ dr secreta qz secrete dicit. Et in ipa sanctissima po stulant et offerunt q̃ a cõi populo celari debẽt vt amplius venerent. Per hoc vt alte secretã cõcludit. assensum populi q̃/ rit. qz ipe sacerdos est q̃si legatꝰ populi. ideo eius voci ꝓsentiẽs dicit amen. i. fiat. Per xpm in q̃ exaudimur a pre. sicut pe/ tisti. vt dñs velit eũ exaudire. q̃tenus pe/ titiones q̃s secrete fudit effectũ ꝓsequnã/ tur. Et sic finis principii ozõis princi/ piũ est prefationis.

De prefatione.

Audiẽs aũt sacerdos hanc populi/scõ fessionẽ. ꝓcedit ad ꝑfationẽ. q̃ ꝓlocutio in terpretat. Quia sacerdos populũ ad al/ tioza patũ sentiẽs. prꝺoquit eis publice de sacramẽti altitudine ⁊ reuerẽtia. Pre/ fatio ꝺr populi et sacerdotis adsacrim ꝑ/ paratio. Dicit etiã ꝓlocutio totius cano nis. Prefatio alte canit. qz illud sacra mẽ tũ altissimũ reꝑrit mẽtis eleuationẽ. Et in signũ q̃ celestia appetit gaudia eleuat man⁹. Sequit. Dñs vobiscũ. sup. ma/ nẽre dignet. et vos deducere ad illud cõ/ uiuiũ dignissimũ in q̃ xps fons pietatis sumit. In ꝑfatõe ad tria exhortamur. Primo ad mẽtis eleuationẽ. ibi. sursum corda. sup. leuatei celestib. Sursum in/ quã. intellectu veritatis. affectu charita/ tis. virtute ꝙuersatõis. rectitudine inten/ tionis. Rñdet xpls. Habem⁹. i. habere debemus. Secõo hortamur ad gratiarũ actionẽ cũ dicit. Grãs agamus dño deo nr̃o. dicit deo. qz nos creauit. dño. qz rede mit. nr̃o. qz nos saluauit. Tercio subiun

git exhibitor rationē dicēs. Vere dignū et iustū est. Dicit vere. qr̄ pe est veritas. Dignū. qr̄ bon⁹. Justū. qr̄ bñficus est. Equū. qr̄ mīsericors est. salutare. qr̄ salus est. Vel ōr vere dignū est. rōne eius excellētie. Justū. rōne bñficentie. equū rōne pmissi. salutare rōe sui bñplaciti.

Hic nota q̄ due lr̄e v. et d. cōnexe ī medio cū cruce ponunt̄ p vere dignū. lr̄a p dictōe. Per v q̄ superi⁹ est apta inferius clausa signat̄ xp̄i hūanitas q̄ in mr̄e virgine pncipiū habuit sed fine carebit. D q̄ circulariter est clausa signat ip̄i⁹ deitatē q̄ finē nō habet nec pncipiū Tract⁹ in medio crucē efficit z eas federat. qr̄ p passionē xp̄i pacificant̄ homines deo. Ē ñ versus.

Ē genus humanū d signat deitatem:
Stans crux in medio federat ista duo.

Subdit gratiarū actionē. cū dic̄. Nos tibi sp et vbiq; gr̄as agere dñe sa. pa. o. eter. de⁹. Per xp̄m do. no. ī. mediatorē redemptorē z aduocatū per quē sup. xp̄m tremūt ptātes tremore reuerētie. Celi celorūq; virtutes. ī. alioz angelorū chori hic nō expressi. Ac beata seraphin: socia exultatōe ī. cōcordi iubilatōe. cōcelebrāt. id ē vnanimiter magnificāt solēniter z iocunde. Cū quib⁹. s. angelis. et nr̄as voces hūiles. admitti iubeas. o de⁹ in laude tua depcamur. supplici ꝯfessione. ī. devota laudatōne. dicentes. hymnum. scz Sanctus:

De Sanctus

Ecclesia cm̄ se sperans saluari. et vna cū angelis deū eternaliter laudare. pformat seipis in pconio laudatōis. dicēs. Sanctus sanc. s. qđ est cōis angelor̄ hoim̄q; adorāde trinitatis adoratio. Sanct⁹ ōr hymn⁹ angelor̄ et hoim. Nā primo ponunt̄ verba angelor̄ ad laudē diuinitatis ptinētia. ibi. sanct⁹ ꝛc̄. Scōo ꝑba hoim ad laudē hūanitatis. cū dicit. Bñdictus.

Ec̄ē ꝑ ꝯgrue iste hymnus ex duabus vocib⁹ collectus pmittit̄ sacrificio. in quo ꝑm Grego. ꝥna summis: terrena celestibus cōiunguntur. Hunc hymnū beatus Sixtus cōposuit ex trib⁹. Ex laude. cū dic̄t. sanctus. Ex ozōne. ibi. osanna. Ex gratiarū actōe. ibi. benedict⁹. Jn h̄ hymno quinq; exp̄mit. Primo trinitatē psonalē. cū ter dicit sanct⁹. Scōo vnitatē essentialē. cū addit. dñs deus. Tercio ineffabilē dei potestatē. cū subiūgit. sabaoth. ī. princeps exercituū. scz angelorū et hominū. Quarto bonitatē diuinalē. ibi. Pleni sunt celi et terra. sup. angeli z homines. gloria tua. Quinto petim⁹ felicitatem finalē. ibi. Osanna in excelsis. ī. in altissimis in celo. Osanna hebraice ōr latine. salua dñe obsecro pp̄m tuū. Duplicatur ꝑ ter duplicē stolā glorie. corpis et aie. Vel qr̄ petim⁹ saluari in aia z in corpe. cū dicit. Benedict⁹ signū crucis facit. qr̄ ille q̄ venit. p crucifixionē. nos redemit. saluauit. et p crucē triumphauit. Hymnū dicēs iūgit manus vt verbis attentio mētis copulet. Campana pulsatur vt fideles ad pparationē excitentur Lumē accendit̄ vt in eis devotio augeat. Altare osculat̄ et crux in libro. in signum q̄ ex corde ad xp̄i salutē. z ad honorem christi crucifixi vult sacrificare. Et ideo ante canonē imago crucifixi depingitur. vt nō modo intellectus tm̄ sed etiam figure aspect⁹ memoriā excitaret dominice passionis. Osculat̄ crucē. qr̄ per xp̄i crucē recōciliati sum⁹ deo patri.

¶ quarta pars misse dicitur Cōsecratio que continet ūi se totū canonē. qui diuidit̄ in tres partes.

Ost acclamatū preconium sequitur secretum silentium in quo Canon misse deuote dicitur et sacrum mysteriū peragitur. in quo christus sumitur. Jn hac

quarta parte misse tractatur de cōsecratione et sacramenti ꝓsummatione et durat per totū canonē vsq; ad dominice orationis prefationē.scz ibi. Oremus p̄ceptis ⁊c. ibi em̄ finis est ipius canonis Canon sunt verba a sanctis patribꝰ institutа Et dicitur alio noīe secreta. quia verba canonis secretissimā habent virtutem. etiam ipis angelis admirandū. Canon grece.latine dicitur regula.quia verba canonis sunt distincte deuote et cum silentio,pnunciāda Regulariter ita vt nihil addatur vel minuatur. Vel qz canon christi exprimit passionē que est quasi regula in hoc sacrificio. Jdeo inci pitur a signo thau T sic formato: qō signum crucis exprimit. supra quā figurā moises in deserto serpentē eneum erexit que christi figura fuit. In canone missē xxvi. fiunt cruces que christi passionē repzesentant.et fiunt in septēviciabus de quibus in alia expositione clarius patebit. Nam ꝑm Jnnocen.in canone aliud signant verba: aliud pretēdunt gestus ⁊ signa. Quia verba principaliter pertinēt ad cōsecrationem. signa vero ad historiā dominice passionis recolendā. Canon diuiditur in tres partes principales. Prima oblationi tangit benedictionem que est sacramentū tm̄ ibi. Te igitur clementissime. Secūda facit sacramēti cōsecrationē que est res et sacramentū simul ibi. Quā oblationē. Tercia petit sacramenti acceptationē que est res tm̄. ibi. Supraq; ꝓicio. Prima pars diuiditur in quattuor partes. Prima petit materie et oblationis benedictionē. ibi. Te igitur. Jn secunda petit fideliū promotionē primo generalē ibi. in primis. secundo specialē. ibi. memēto. Jn tercia parte tangit in quorū sanctorū offertur cōmemoratione. ibi. Cōmunicātes. Jn quarta ponit predictorū finalē cōclusionem et quid petere velit per hostiam. ibi Hanc igitur oblationē.

Hec est prima pars canonis.

Te igitur clementissime pater per iesū christū filiū tuum dñm nostrū supplices rogamus ac petimus.vti accepta habeas et benedicas hec do + na hec mu + nera hec sancta + sacraficia illibata.

Jn hac prima pte canonis dirigit petitio ad deū vt has oblatōes acceptet ⁊ benedicat. Et est sensus. Erq̄ tu deꝰ saba oth es sanctꝰ ⁊ plena sunt gloria tua celi et terra. Te igit. i. certe affertine: ⁊ sumitur ꝓ ꝓtinuatōe ⁊ reqrit qō ꝓmissuꝫ sanctꝰ Jgit clementissime pr̄os supplices.i. būiles. rogamꝰ et petimus. hic multipli canturverba petitōis idē significātia ꝓpter exprmere affectꝰ multitudinē. Petit in nūero plurali. qz vice oīm deo orōnes fundit. Per iesum. i. mediatorē. p quē fideles reconciliant et salutē psequunt. Hanc oblatōes panis et vini vocat dona ratione dantis. munera rōe accipiētis. sacrificia rōe offerētiꝫ. Panē nāq; ⁊ vinū dat nobis deꝰ i dona: illa a nobis accipit vt mūera. et inq̄ tū offerim̄ ipa deo sūt sacrificia,p peccatꝫ nr̄is. Hec scā sacrificia dicunt. quia panis ⁊ vinū significāt corpus ⁊ sanguinē xp̄i: cuiꝰ rōe scā dicunt. Jllibata. i. immaculata. qz sine macula cordis ⁊ corpis dñi offerri. vt scz corpur getur ab iniquitate: et corpus ab immūdicia. Hanc orationē dicēs sacerdos humiliter inclinat. significat qꝺ cū oi hūlitate p̄ces et iusticie nr̄e deo sunt offerēde. Tres cruces q̄ hic fiunt. inuocationē significāt sanctissime trinitatis cuiꝰ virtu

te ista fit ꝙuersio et cōsecratio. Hic nota ꝙ crucis signa in canone nō fiūt dūtaxat ad cōsecrandū aliodq̄ post ꝓsecratōz fieri nō deberēt. sed ꝑncipaliter ꝙ crucis signa mod⁹ et ordo dñice passionis notatur. Tres cruces fcant tres traditōes xp̄i. q̄ pr̄ipm tradidit ex dono. iudas ꝙ munere. iudeus in sacrificiū. Prima fuit gr̄e. scda auaricie. tercia inuidie.

In primis que tibi offerimus pro eccl̄a tua scā catholica. quā pacificare custodire adunari et regere digneris toto orbe terrarū. vna cū famulo tuo. N. papa nostro. et antistite nrō. N. et rege nrō. N. et oībus orthodoxis atq̄ catholice et apostolice fidei cultoribus.

Hunc petit fideliū ꝑmotionē z specificat ꝙ qbo hec dona offerunt. Et q̄ bonū cōe ꝓferendū ē speciali. et q̄ hic sacerdos tipū gerit ꝓsone cōis. iō ꝓ statu vniuersalis ecclesie petit z ꝙ his q̄ in dignitate sunt positi. Et petit ꝛtuor. Primo trāquillitatē pacis. ibi. pacificare. s. ab hereticis et scismatic⁹. Scdo custodiā ab aduersis. ibi. custo. scz a vicijs z demonijs. Tercio adunationē eccl̄ie et fideliū in vnā fidē. ibi. adunare. Quarto regimen cōuenies saluti fideliū. ibi. regere. Exponitur aūt sic. In ꝑmis i. principalr sup. dona mūera z sacrificia. tibi sup. deo. offerim⁹. i. sacrificam⁹. ꝙ eccl̄ia tua. i. ꝙ congregatōz oīm fideliū. scta i. ꝓfirmata. catholica. i. vniuersali fidei sacramētis vnita. quā eccl̄iā digneris pacificare et custodire vt sup. adunare q̄ dispsa est inter infideles. et regere sup. in ꝓsperis z aduersis. vna. i. sil cū papa z antistite z rege in q̄rū tra celebras. ꝙ oīb⁹ orthodoxis. i. recte credentib⁹. et aplīce fidei. i. ꝙ ap̄los fundate. cultoribus. i. veneratoribus. Querendū est. q̄bus. ꝙ quib⁹. q̄liter et q̄re sacrificiū altaris offerre debem⁹. Quib⁹ scz soli deo z sancte z indiuiduetrinitati. Pro q̄b⁹. i. ꝙ eccl̄ia sancta catholica z oībus orthodoxis. Qualiter. q̄ in vnitate fidei z cōione scto⁹. q̄re. s. ꝙ būficijs tpalibus spūalib⁹ et eternis. Et ꝙ oīb⁹ ꝓpter deū. Dicit offerim⁹. ad notādū q̄ sacerdos nō tm̄ in sua ꝑsona totius eccl̄ie ꝓsona sacrificat. Quapter in sacro altaris nihil a bono magis: nihil a malo min⁹ ꝓficimus. q̄ nō i merito sacerdotz sed i verbo ꝓficit creatoris. Papa nomē est admiratiuū siue dñatiuū. Antistes. i. ante alios stans.

Memēto dñe famulorū famularumq̄ tuarū. N. et oīm circūstātiū quorū tibi fides cognita ē et nota deuotio. pro quibus tibi offerimus. vel qui tibi offerunt hoc sacrificiū laudis. pro se suisq̄ oībus pro redemptōe aiarū suarū. pro spe salutis et incolumitatis sue. tibiq̄ reddūt vota sua. eterno deo vīuo et vero.

Superi⁹ ꝙ oīb⁹ petiuit in gnali. hic orat ꝙ fidelib⁹ in spāli. Prio nāq̄ fit mēoria aliquoz explicite ibi. memēto. Secūdo oīm astātiū ip̄licite. ibi. et oīm. Et exponit sic Memēto. s. dñe ꝙ gr̄e apposito⁹ z pctōz remissionē. famulorū tuo⁹ fidē colētiū. z oīz circūstātiū. i. missā audiētiū. ꝙ qbus tibi offerim⁹. q. d. ñ solū memēto eoz ꝙ qbo offeri⁹ q̄ ēt sacerdotū q̄ tibi offerūt

Vel eorū qui personā sacerdotis tibi offerunt. hoc sacrificiū laudis .i. oblationem in q̄ laudaris ꝑ se. seipis. suisq̄ oibus semp amicis ꝓsanguineis et familiaribus. Pro redemptōe animarū suarū id est ꝑ remissione pctoꝝ tuorū. Pro spe salutis. i. ꝑ salute eterna. z incolumitatis sue. i. ꝑ sanitate corpis ꝓseruāda vel acq̄renda. tibiq̄ reddūt. i. ꝓsoluūt vota sua. id est desideria et affectus. Eterno deo quo ad patrē cui attribuit eternitas. Vivo. i. filio. vero spūisancto. q̄ he tres ꝓsone operant i hoc sacrificio. Nota q̄ tria sunt hois bona ꝑ quib⁹ se dicit sacerdos offerre. corporalia. spiritualia. eterna. vel infima. media. et suprema. q̄ petunt ibi. pro incolumitate. ꝑ redemptōe. ꝑ spe salutis. Offerimus ergo laudē pro trib⁹ bonis. Pro eternis: vt dentur nobis in p̄miū. ꝑ spūalib⁹: vt dent nobis in meritū pro corpalib⁹: vt dent nobis in amministeriū. vt p hec ad eterna pueniam⁹. Hic nota q̄ sufficit mentaliter exprimere nomina eorū pro q̄b⁹ offert. Et nuncienter ponunt in gō. eo q̄ antecedētia z sequētia sunt genitiui casus. Et p̄t mēoria fieri fm ordinē sex casuū nois fm grāmaticā. Primo ꝑ recto. i. noiatiuo. hoc est ꝑ seipo. q̄ ordinata charitas incipit a seipo Est tñ ꝑponēda illi⁹ mēoria pro q̄ illo tpe celebrat. Scdo ꝑ gō. i. genitiuo fratrib⁹ parētib⁹ spūalib⁹ z carnalib⁹ Tercio ꝑ dativo. i. bñfactoribus et dātib⁹. Quarto pro actō. i. pro ꝓsecutoribus et inimicis Quinto pro vocativo. i. pro vocandis ad fidē. vt deus infideles ab errore revocet ad fidē verā. Sexto pro ablatō. de hoc restat in memoria vbi agit pro defunctis. Nec alicuius fidelis cui⁹ occurrit mēoria debet excludi ab oratione. Potest tñ sacerdos ante missam hmōi memoriā facere. et tūc debet in missa dicere. Memento dñe illoꝝ quos tibi ante recom. mendaui.

Cōmunicantes et memoriam venerantes. in primis gloriose semperq̄ virginis marie genitricis dei et dñi nostri iesu christi. Sed et beatorū apostolorū ac martyrū tuorū Petri et Pauli andree iacobi iohānis thome iacobi philippi bartholomei matthei symonis et thadei. Lini cleti clemētis sixti corneliꝫ cipriani laurētij crisogoni iohānis et paulí cosme et damiani. Et oīm sanctorū tuorū quorū meritis precibusq̄ concedas. vt in oībus protectionis tue muniamur auxilio. Per.

Post⁹ posuit cōmemorationē salute indigentiū. Hic ponit cōmemorationē sanctorū adiuuantiū. Ideo ecclesia sanctorū implorat suffragia. vel illis intercedētib⁹ fiat nobis hostia salutaris ad veniā. q̄ sancti dei sunt amici et filij. celi heredes. ac duces nri. Hic ecclesia seruat morem antiquor. q̄ patrē mēorari solebāt. Sic et moises cū pro pl'o peccāte intercederet dixit. Recordare abrahā isaac z iacob seruor. tuorū fidelium. Cōmunicantes supplem⁹ in fide z spe cū sanctis oib⁹ q̄ hoc sacrificio vsi sunt. Primo fit mēoria beate virginis marie ꝓtrix pl'r. quia ipa xp̄m genuit. et primū locū ipa in celo tenet supra oēs sanctos. Scdo exprimunt nois sctoꝝ apl'oꝝ z martyrū specialiter. Apostoli noiant. q̄ ipi nobis for-

mam et ritū tradiderūt offerendi. et huius sacrificij ipi testes fuerūt: et xpm predicauerūt. Martyres p testamento dei sua corpa tradiderūt et sanguinē suū effuderūt. Confessorū noīa nō sunt in canone posita. qz de eis olim nō solēnizabat ecclesia. vel qz passi nō sunt pro xpo. Tercio addit oīm sanctoz memoria generaliter. ibi. Et sanctoz omniū quoz meritis. i. operatōe. vt in oībus. s. credēdis appetēdis et agēdis. ptectōis tue. s. diuine defensionis. muniamur auxilio cōtra oīm inimicorū visibiliū z inuisibiliū machinatōnes. Cōcludit autē. Per xpm dīm nostrū. qz sicut p ipm oīa sūt facta z reparata: ita z p ipm oīa sunt terminanda. Et nō respondet hic amen et in toto canone. qz indubitanter psumit qz ia angeli assint ipi sacerdoti ministrātes et loco ministroz respondētes amē.

Huic capitulo pmittit rubrica talis. Infra actionē. qz canon aliquādo vocat actio. pter sacra mysteria q in eo agunt vel qz in eo causa nostra agit tā cōi cora iudice. Et qz certis festis vltra ordinaria canonis: addunt quedā verba. Illud etiā est notandū. qz canō nō ab vno totaliter sed a pluribus fuit cōpositus. qō ex eo ppendit. qz ter memoratio in eo sanctoz repetit. licet hoc ipm puenerit ad gloriā sancte trinitatis. In secūda cōmemoratione supplent q de primitiuis sanctis deesse videbantur in prima. Ante consecrationē sacramēti postulatur sanctoz suffragiū. Sed post cōsecrationē implorat ipoz cōsortium.

Hanc igitur oblationē seruitutis nostre. sed et cūcte familie tue quesumus dīne vt placatus accipias. diesq3 nostros in tua pace disponas/atq3 ab eterna dāna/

tione nos eripi. et in electorū tuorū iubeas grege numerari. Per christū d n.

Hic ponit pdictoz finalē cōclusionē. et qdpetere nitit p hostiā finaliter. Et est sensus. qz sancti tui q nobis ritū tradiderunt et testimoniū ipm sacrificiū offerēdo. gratiā dei cōsecuti sūt. Ideo illis intercedentibz rogam9 vt tu deus pr: p dominū nostrū idē sacrificiū a nobis placatus accipias z gratuite. q ten9 hoc sacrificium. et liberationē ab eterna damnatōe nobis obtineat et cōsortium electorū tuorum. Nam summarie predicta concludendo quattuor hic petit. Primo oblati muneris acceptationē. Secundo tranquillā vitam. Tercio a malo preseruationem. Quarto celestis glorie collationē. Hanc igitur pro ergo capitur. et est cōtinuatio precedentiū. oblationē seruitutis nostre quā tibi deo in vera adoratione offerimus. sed et cuncte familie tue. i. militātis ecclesie. quesumus dīne vt placatus. i. mitigatus intercessionibus sanctorum. accipias. i. acceptes. cetera sunt clara. Ad hanc oratione sacerdos deuote se inclinat vt in se puocet cordis deuotionē per corpis humiliationē. quia in sequentibus ardua est petiturus. Et nota q ter rogatur pro pace in missa. Primo in hac oratione. Secundo ibi. Libera nos. Tercio in agnus dei. ibi. dona nobis pacem. Quia triplex est pax nobis necessaria. Cōporis. pectoris. z eternitatis. Et ob id ter sacerdos osculatur altare.

Hec est secda pars cano. Vam oblationē tu deus in oībus quesumus bñ + dictā ascri + ptā ra + tā rationa/

737 pars

bilēq3 facerē dignēr3. vt nobis cor + pus et san + guis fiat dilectissimi filij tui domini nostri ieſu chriſti.

Hec eſt ps ſcda principalis ipius canonis in q̄ petit oblatōis ꝓſecratōz. Et diuidit in tres ptes. In pma vir⁹ cōſecratōis petit. cū dicit. Quā oblatiōz. Secūdo act⁹ ꝓſecratōis pficit. ibi. Qui pridie. Tercio fruct⁹ ꝓſecratōis z rei ꝓſecrate rememoratio exprimit. ibi. Vñ z memores. Prima ps adhuc ī tres diuidit Primo petit oblatōis ꝓmemoratiōnē. cū dicit. quā obla. Scdo petit oblatōis bñdictōz. ibi. q̄s bñdictā. Tercio petit ipi⁹ trāſubſtantiatiōnē. ibi. vt nobis corpus. In hac pte ſacerdos petit oblatōis ꝓſecratiōnē: vt ex eſca materiali. ſ. pane et vino fiat nobis corpus et ſanguis dñi nr̄i ieſu xp̄i. Et exponit ſic. Quā oblatiōz id eſt materialē. ſeruitutis nr̄e. ſup. cleri et ꝑpli. tu deus in oīb⁹. ſ. clemētiſſime exiſtens q̄s. ī. rogamus. bñdictā. ī. ꝓſecrare. aſcriptā. ī. approbare. ratā ī. confirmare. rōnabilē. ī. diuine rōni ꝓformare z volūtati. acceptabilēq3 facere dignēr3. vt nobis ad noſtrā ſalutē panis et vinū fiat corp⁹ et ſanguis dilectiſſimi filij tui. Aliter illa verba exponunt. Quā oblationē tu deus digneris facere bñdictā. ī. trāſferre in eā hoſtiā q̄ eſt oīb⁹ nobis bñdicta. aſcripta. q3 in ſcripturis deſignata z̄.

Aliter ſm Auguſti. Bñdict ā p quā bñdicimur. Aſcriptā p quā ī celis aſcribimur. Ratā p quā in mēbris dei cenſemur z in xp̄o ratificamur. Rōnabilē per quā a malo ſenſu z beſtiali exuimur: Acceptabilē. ī. deo accepti ſim⁹. Vel p̄t dici q̄ in his verbis q̄nq3 petim⁹ nobis dari virtute oblatōis. Remotionē malorū cū dicim⁹ bñdictā. Aſcriptionē eternozū. ibi. aſcriptā. Augmentū meritorū vel bonoz3 ſtabilitionē. ibi ratā. Agendo tū et credendoz3 diſcretionē. ibi. rōnabilē.

Acceptationē actionū vt ſit deo accepta et nobis meritoria. Sacerdos hāc diccs ozōſe erigit corpe vt ad celū mentē diſrigat. Eleuat man⁹ vt citi⁹ exaudiat. Et ſīli ieſum inter brachia p affectū ꝓſtringe revideat. Hic fiūt quinq3 cruces. quar⁹ prime tres fcant tres gētes q̄bus iudas tradidit xp̄m. pōtifices ſcribas z pharī. Due alie ſignificāt venditōz et emptiōz q̄ſi diceret. Illa venditio fuit maledicta ꝓſcripta irrita iniq̄ deteſtabilis. ſed tu deus digneris hanc oblationē facere bñdictā. aſcriptā z̄. Aliter tres cruces ſup vtrūq3 fcāt tria q̄ xp̄s fecit ī cena. q3 accepit. bñdixit. dedit. quarta ſup panez q3 dixit. cōmedite hoc ē corp⁹ meū. Quinta ſup calicē. di. Bibite. Et ſm hūc ſenſum. recte ſubiūgit. q̄ p die q3 pateret.

qui pridie quā pateretur accepit panē in ſanctas ac venerabiles manus ſuas. et eleuatis oculis in celū ad te deū patrē ſuū omnipotentē tibi grās agens. bñ + dixit fregit dedit diſci. ſ. di. Accipite et māducate ex eo oēs. Hoc eſt enī corpus meū.

In hac pte ponit ꝓſequēter ꝟba ipam ꝓſecratōz efficiētia. z ipz finaliter pficiētia q3 p ipa. procedit ad ſacrificij pfectionē. et corpis z ſanguis ꝓſecratōz. Et exponit ſic. Qui ps z ei⁹ nr̄i ieſus xp̄s Qui ſup. ī ps die. ī. p̄cedēti die ī cena: et q̄nta feria. accepit panē. ī. azimū in ſctās. ī. ſcificātes ac venerabiles xp̄i vnitā manib⁹ deitatē man⁹ ſuas. grās tibi agēs p nr̄a ſalute: bñdixit. ī. conſecrauit. dedit diſ. ſ. d. accipite ſacrāl'r et māducate ſpūal'r. vl ſic Accipite p fidē. z māducate p caritatē z venerati⁹. ex h⁹ oēs. diſcipli z electi. Apli acceptā formā ꝓſecratōis a xp̄o. z ab ill'ecclia

Dicit supra. ad te deū patrē omnipoten
tē. noiat deū fm hūanitatē. patrē fm dei
tatē. oipotentē p diuinitatis infinitatē.
Sequit. Hoc est eī corpus meū Hic
facer. los nihil demōstrat. qz illis verbis
nō vtit denūciatiue sed recitatiue. Et est
sensus. Dns dixit hec verba. Hec ꝟba
cōsecratōis: dicit in psona xpi. Hoc sup
ple qđ ptinet sub accidētib⁹ panis. ē cor
pus meū. post hoc reuerēter inclinans
adorat: et adidē incitat populū. Sufficit
quo ꝫ sacerdoti pferre verba cōsecratōis
eo mō et fine q̄ xps ea instituit et eccleſia
credit. In hac forma cōsecratōis. verbū
increatū descēdit in verbū creatū. et sua
inuisibili potētia operat trāssubstantia
tionē panis in corpus xpi. Sacerdos
eleuat sacramentū in altū vt dñm oīm.
et vt filius dei sub forma panis. ver⁹ de
us et homo adoret. Secō vt oēs rogēt
illud sacrificiū sibi p̄ficere in salutē. Ter
cio ob reuerentiā eleuatōis corpis i cru
ce. ꝯsli diceret. Videte dñm nr̄m quē iu
dei crucifixerūt et derisorie adorauerunt
Ipm supplíciter deū verū et hoiem ado
rate. saluatorē inuocatez iudicē recogno
scite. Quarto vt illud sacramentū sciat
sacrificiū summū esse. De q̄ alexāder pa
pa dicit. Nihil in sacrificijs mai⁹ eē pōt
q̄ corpus et sanguis xpi. Adeleuationē
can̄ dela incendit. Primo rōne reuerētie.
Secō in signū leticie. Tercio in signū
q̄ lux vera est sub specie panis. Quarto
qz tūc corda circumstantiū accēdi debēt
deuotius et inflāmari ardentius. Cam
pana pulsat vt ad oratiōnē et deuotionē
se populus p̄paret. Et vt veritas rūde
at figure. qz in veteri testamēto sacerdo
tes tpe sacrificij tubis clangebāt. Corp⁹
xpi mox se retrahit et sup altare ponit. S
ignificat xpm de cruce depositū et in sin
done inuolutū. Crucē facit sup oblatā
vt denotet panē esse quertendū in corp⁹
xpi. vel qz hec crux notat christū in hūa
na natura passum. Bñdixit. i. vim bene
dictōis verbis ab ipo platis dedit. Vo
luit aūt christus hoc sacrm in vltima ce
na qñ recessurus erat a nobis corpaliter
instituere: vt illud artius cordib⁹ fideliū
suoꝝ infigeret. qz vltima verba hoīs mo
rituri artius mēorie imprimunt.

**Simili mō postquā cena
tū est accipiēs et hūc preclā
rū calicē in sctās ac venera
biles manus suas. itē tibi
grās agēs Bñ + dixit de
dit discī. s. d. Accipite et bi
bite ex eo oēs. Hic est enī ca
lix sanguinis mei. noui et
eterni testamēti my sterīū
fidei qui pro vobis et pro
multis effundetur in remis
sionē peccatorū. Hec quoti
enscūqz feceritis in mei me
moriā facietis.**

Hic psequēter ponunt verba cōsecratio
nē sanguinis efficiētia. Primo ponunt
quedā pambula. Secō ipa forma. ibi.
hic est calix. Hec verba sanguinis effici
unt psecratione. nō q̄ corp⁹ deorsum sit
diuisum a sanguine. immo totus xps est
sub vtraq̄ spē indiuisus. scz corpus aīa
et de⁹. ac p hoc vtrobiq̄ vnū et simplicis
simū sacrm. Sub spē panis est corp⁹ xpi
p̄ quersionē sanguis p annexionē. aīa p
ꝯiunctionē. deitas p vnionē. ista eodem
mō sic caro xpi sub forma panis est cōse
crata. Simili mō vinū materiale est trā
substantiatū in sanguinē xpi. Et expo
nitur sic. Sili mō. i. eodē mō post q̄ ce
natū est: accipiēs sup. iesus. hūc preclarū
calicē. i. vinū. in sanctas. i. sanctificatas
manus. Itē. i. iterū. tibi supple deo p̄ri:
gratias agēs. i. gratiarū actōes referēs.
benedixit. i. consecrauit virtute diuina.

Primo intentionis discussio. ne propter timorē. auariciā. verecundiā. vanā gloriā. vel ex consuetudine celebret.

Secundo est generalis contritio super cōmissis ore corde et ope. omissis q̄ facere potuit. p̄missis q̄ nō soluit. Tercio est pura cōfessio. notabiliū. cōmuniū. et ignotorū pctōr. Quarto q̄d intēdis facere. Quia deū per latriā colere. Horrem xp̄i et eius charitatē memorari. Totam ecclesiā adiuuare. Quinto q̄d intendis p̄sequi p̄incipaliter. scz Augmētum dulcedinis dei. Inseparabilitatēv nionis dei. Accelerationē visionis dei.

Sexto in canone habe tria. Diligentiam ad cōficiendū corpus xp̄i. Reuerētiam ad tangendū corpus christi. Deuotionē ad sumendus illud. Propter cōtinnationē et cōtinentiā tam excellentis corpis xp̄i. Excellentioris aīe christi Excellentissime diuinitatis xp̄i. Quia fiunt in missa. Magna in signis. Maiora in verbis. Maxima in intentione.

Quattuor requirunt ad digne p̄municandū scz. Carentia criminis. Diligentia examinis. reuerētia mentis. Et mundicia corporis.

Octo sunt que trahere debent sacerdotem ad celebrandum.

Primū est delictorum remissio. vt per eam quasi per hostiā placationis a peccatis purget. Secundum est sue infirmitatis cōsideratio vt christū ad se vocet per quem ab omni morbo curetur. Terciū est alicuius tribulationis p̄ressura. vt per eā ab ea liberetur. Quartū est desiderium alicui⁹ gratie vel spiritualis beneficij impetrandi. vt per eum cui pater nihil negat impetret et obtineat. Quintū est gratiarū actio. p omnibus beneficijs temporalib⁹ et spiritualibus sibi et alijs impensis. Sextum quia est charitatiua operatio. p̄primorū. quia pro salute est viuorū et mortuorū. Nil quippe efficacius interpellat cū sanguis christi effusus in remissionē peccatorum. Septimū est laus dei et honor sanctorū. cum nihil habemus quo possimus plus deū et sanctos et deū laudare q̄ christū sacramentaliter deo patri offerre et immolare. Octauū est situs t desiderium augende charitatis christi per augmentū gratiarū et carismatū. q⁹ hoc sacramentū fontē cōtinet omniū gratiarum: sanctificatorē et auctorē salutis scz dñm nostrū iesum xp̄m. Ideo dicit eucharistia. id est bona gratia. Cetera aūt sacramēta fluenta sunt et riuuli gratiarū quibus sanctificamur. Si ergo intētio celebrantis. hoc sacramentū offerre p profectu sancte ecclesie. pro salute p̄ria et aliorū ad honorē dei et sanctorū. vt ecclesia in pace cōseruetur. Ad maiorē deuitationē. bonorū cōseruationē. ad animarū celeriorē liberationē. et penarū ip̄arum ablationē. Etp alijs pijs causis.

Effectus et fructus misse. xxj.

pcō ꝓvul a culpa ꝛ pe. ℨ tēptatōes dia a malis cogita
nera ꝓ pec. debita boli mōi ꝛ car. tionibus

Anat et absoluit premunit purificatqꝫ

bona opera ī boīs opib⁹ bonū in meli⁹ ꝑ gr̄az ī tribula/
perdita et ꝓtutib⁹ tōe positos

Reddit cōfirmat cōmutat vnificatqꝫ

ad amōr̄ dī et angelis et deuotōis aug hic ꝑ gratiā et in
bona lacīeda sanctis mēto ꝛ ꝓtutib⁹ futuro ꝑ gl̄iam

Impellit sociat inerassat glorificatqꝫ

aiaz spūal⁹ intellectū mentē fomitē pcti eleuat spm̄

Pascit et illustrat delectat mitigat altat

xp̄i ꝛ charitatē xp̄s ꝑ nob apō p̄rez i. fidē suā ꝙmēdat

Mortē cōmemorat simul aduocat atqꝫ decorat

Alia metra vnde supra

inordinatā ℨ demōis ℨ mūdi ty peccata ip̄m suien
libidinē nequiciā rannidē tē deo

ꝯtinguit munit cōfortat purgat et vnit

ꝓtutib⁹ moralib⁹ passionē xp̄i animos.
et cardinalib⁹

Moribus etmemorē facit ac reficitqꝫ

fides caritatē s. auget in bono ope spm̄sctm̄ id est viaticū

Fi. cha. spem firmat dat flamē ē hostia sacra viamē

Missa dicit

gratiam spm̄sctm̄ tentatōes demones affem̄ peccā pctāve
acceptā di mortalit̄ mialia

Vgeo mitto mitigo terreo reprimo purgo

desideriū intellectū ꝛ merita ꝓtutes ad dei vnionē
sanctū mentēi

Igneo lumino duplico firmo ducoqꝫ propinquos

eterne btidinis ꝛ gr̄e altaris ꝓtututes ꝑ sacī ꝙceptionē

Et vitā dono tot mense fercula pono

Orationes pulcre ac de/uote dicende añ misse ce/lebrationē et sacrā com/munionem.

Onscientia trepida ops de⁹ accedo ad sumendū mysteriū corpis et sanguinis tui. de p̄ pr̄ys meritis nihil p̄sumens. sed de tua p̄fisus miseōia tm̄ accedens: Carnis mee me retrahit fragilitas sed tām mysterij delectat charitas. Recorda re creature tue quā redemisti. Peīret me q̄ peccauī et te adirā, puocauī. et iō cu/pio me emendare te tū adiuuāte. Da mi bi dñe spaciū penitēdi: q̄ tādiu pepcisti delinquenti. Et cōcede vt hec p̄libatio corpis et sanguis tui quā indign⁹ mēte et corpe suscipe et tractare debeo. sit oīm peccatoꝝ remissio. cogitationū turpium fugatio. bonoꝝq̄ sensuū reintegratio. operū tibi placentiū salubris efficatio. aīe et corpis ꝓtra diabolicas infestatōes fortissima tuitio. et cōtra vicia oīa insu/perabile firmamentū.

Alia oratio

Omine deus clemētissime pa/ter da mihi facinorosō et oī scele re nequissimo. peccatis multis polluto. exigentib⁹ eriā culpis ad eternaz damnationē iudicato. hodie corp⁹ et san guinē dñi nr̄i iesu x̄pi filij tui sic sumere te laꝑgēte. vt q̄ hec merear veniā omniū peccatoꝝ meoꝝ suscipere et spiritu tuo sancto repleri. et ab eo custodiri ab omni malo. et in oī bono erudiri. qz tu es deus verus et summus. Amen.

Alia oratio vnde supra

Eus qui de indignis facis di/gnos. de peccatorib⁹ iustos. de immūdis mūdos. Mūda cor meū ab oī cogitatōne immūda et sorde peccati. et fac me dignū sanctis altarib⁹ tuis ministrū. et ꝺcede ꝓpicius vt in hec altari ad qđ indignus accedo hostias ac ceptabiles offerā pietati tue ꝓ peccatis et offensionibus et meis innumeris q̄ti/dianis excessib⁹. et ꝓ oīb⁹ circūstantib⁹ oīb⁹q̄ mihi ꝓsanguinitate a familiari tate ꝓiunctis. et ꝓ oīb⁹ x̄pianis viuis atq̄ defunctis. Et per eū sit tibi meū sa/crificiū acceptabile q̄ se deo patri obtulit in sacrificiū ihesus x̄ps filiꝰ tuus dñs no ster. q̄ tecū viuit et regnat in vnitate spi/ritus sancti deus. per oia.

Alia oratio

Omnipotēs et misericors deꝰ. ec ce ego indignꝰ pctor accedo ad sacramētū corpis et sanguis filij tui vnigeniti dñi nostri ihesu x̄pi. Accedo inquā infirmus ad medicū vite. immun dus ad fontē miseōie. cecus ad lumē ve/ritatis eterne. nudus ad regē glorie. Ro/go ergo immēse charitatis tue abundā/tiā. quatenus meā digneris sanare infir mitatē. lauare feditatē. illuminare cecita tem. ditare paupratē. vestire nuditatē vt ipm panē angeloꝝ regē regū et dñm do/minantiū. tanta reuerētia. tali timore ho nore et amore. tāta fide puritate et deuo/tione. necnō tali ꝓposito et hūilitate susci pere merear sicut decet imperiosi et ma/gnifici nois tui. et expedit saluti aīe mee. Accende dñe in me charitatē tuā. vicia extingue: virtutes infunde. grās adauge salutē mētis et corpis mihi tribue. In/elina celos tuos dñe et descēde ad me. vt tibi cōiunctus et vnitus tecū piter vnus efficiar spūs. O pie pater ꝓcede mihi vt dulcissimū filiū tuū quē nūc velatū acci dentib⁹ suscipio reuelata tandē facie me/rear cōtemplari.

Alia orō vnde supra

Eni pijssime iesu fons miseri/cor/die. te toto corde et ore cōfiteor. te totis viribꝫ cōcupisco. Dignare

queso hodie infirmã animã meã te salu/ tare victimã et fontẽ oĩm gratiarũ reci/ pere cupientẽ tã clemẽter et gratiose in/ uisere vt medelã in corpe t aĩa tua ex p/ sentia gaudeam inuenisse. Ne respicias dñe iniq̃tates et negligẽtias meas pluri/ mas sed ad tuas miserationes infinitas. Tu nãq̃ es p quẽ orbis terre est creat⁹ et sanat⁹. Tu es ille agnus imaculatus q̃ p totius mundi redemptõe pri eterno mactaris O mãna dulcissimũ. o nectar suauissimũ cõfer ori meo tue salutaris pñtie mellifluũ gustũ. accende in me cha ritatẽ dei et pximi mei. O venerabile sa cramentũ. p te q̃so oes inimici mei repel lantur. peccata dimittant. et oĩa mala p tuã pñtiã excludant. Bonũ ꝓpositũ tri bue. mores corrige. et oes actus meos in tua volũtate dispone. Intellect⁹ meus huic nouo lumine illustret. affect⁹ inflã/ metur. et vita mea in melius emendetur et tandẽ cõferat exitus beatus.

Alia oratio

O Mnes sensus mei cũrite. et di lecto hospiti occurrite. hospitiuz prebete. tanto q̃ dulci hospiti. ihesu pbenni pncipi. cũ amore dicite. Des sidera te milies. mi ihesu nũc aduenies. tua carne et sanguine me saties et tecũ cena/ re facies. O vos summi pncipes ihesum adducite mei cordis hospiciũ possidere facite. p amoris suspiriũ sedẽ sibi in me pparate. et ibi eũ frequẽtare. Jesu bone cito veni corda nostra gratia tua sint ple/ na. vt ibi dulciter possis q̃escere salubri/ ter cõmorare in hac vita. vt postea regne mus tecũ p secula oĩa ĩ eterna vita. amẽ.

Sacrdos sacrificaturus dñi vestes exuit dicat.

C Xue me dñe veterẽ hoiez cũ acti bus suis et indue me nouũ ho/ minẽ qui fm deũ creatus est in iusticia sanctitate et veritate

Lauãdo manus orẽt dicẽs

L Argire sensib⁹ meis op̃s de⁹ vt si/ cut exterius abluuntur inquinamẽ ta manuũ mearũ. ita a te interius mun/ dentur pollutiones mentiũ et crescãt in no/ bis sanctarũ augmẽta virtutũ. Alia

Intus et exteri⁹ caput corpus et mẽ/ tẽ meũ tuus emũdet dñe spũs almus.

Tergẽdo manus dicat

A dñe virtutẽ manib⁹ meis ad ab stergendã omnẽ malitiã. vt valeã puro corde et corpe tibi deo oĩpotenti ser uire.

Induẽs ꝟuestale legat

V Lmeros meos et pectus meũ spi/ ritus sancti gratia ptege dñe. renes/ q̃ meos vicijs oĩbus expulsis precinge ad sacrificandũ deo viuenti in secula se/ culorum. Amen.

Ad albam oratio

E Stimento salutis indue me dñe et circũda me lorica tue fortitudis et spũali intellcũ ad superandas oĩm inimi/ corũ meorũ insidias visibiliũ et inuisibiliũ

Ad zonam oratio

R Recinge me dñe zona iusticie et cõ stringe me in dilectõne dei et pximi mei in virtute castitatis et pudicicie.

Ad manipulum

T Olã innocentie pone super ma/ num meã dñe et appone iusticiã. p iniquitate mea.

Ad stolam oratio

T Ola iusticie circunda dñe eternis/ meã et ab oĩ pollutõe peccati puri/ fica mentẽ meã. quia tu dixisti. Jugum cũ suaue est et onus meum leue.

ad rasuras

Aduc me dñe vestimēto humilitatis charitatis et pacis. et cōcede mihi protectionem contra insistantē hostem vt valeā pudico corde ⁊ corpore laudare nomē tuū glorioſuz in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Sacerdotalib⁹ vestibus indut⁹ dicat oꝝões cōſuetas. Et ſequentiā de ſpūſancto. Veni ſancte ſpiritus et emitte celit⁹ Vel hymnū de ſancto ſpiritu. Veni creator ſpiritus ⁊c. cū collectis.

Ante ſumptionē corporis chriſti dic corde

Fortiſſime et pijſſime deus amator meus ingredere atriū hoc ⁊ exclude aduerſariū cū oībus vaſis ſuis tu poſſide rege dirige et ſanctifica me et in vitā eternā perduc me. Amen.

A⁹ſumptionē calicis

Ñe mi miſericors et miſerator hoc potu me inebries vt de reliquo nō ſitiā que ſunt mūdi carnis et diaboli ſed que tue ſunt voluntatis. Amen.

Orationes deuote ſequuntur dicende poſt celebrationē et ſacrā cōmunionē.

Ratias tibi ago dñe ſcē pater oīps eterne deus q̄ me indignū famulū tuū p tuā gratiā nullis meis meritis exigētibus ſatiare dignatus es corpore⁹ ſanguine dilectiſſimi filij tui dñi noſtri ieſu chriſti. Te deprecor vt hec ſalutaris cōmunio non ſit mihi reatus ad penā. ſed interceſſio ſalutaris ad veniā. ſit mihi armatura fidei et ſcutū bone volūtatis ſit mihi vicioꝝ meoꝝ euacuatio. cōcupiſcentie et libidinis exterminatio. charitatis hūilitatis patiētie caſtitatis et obedientie. et omniū virtutū et ſalutis augmētatio. ſit etiam cōtra inſidias inimicoꝝ meoꝝ viſibiliū ⁊ inuiſibiliū firma defenſio. viciozū meoꝝ tā carnaliū q̄ ſpiritualium pfecta quietatio. in te vna et ſola firma adheſio atq̄ mei finis pfecta conſummatio. Et deprecor te vt me famulū tuum ad illud ineffabile cōuiuiū pducere digneris vbi tu es ſanctis tuis vera lux ſanctas plena. iocūditas ſumma. felicitas pfecta. et gaudiū ſempiternū.

Alia oratio

Unime ꝓpiator dñe ieſu xp̄e cōſigna cor meū ſeptiformi ſpiritus tui ſanctimonia vt hoc ſacro ſanctū corpus tuū qō ſumpſi ſanitas ſit et dulcedo aīe mee. ſalus et ſanctitas in oī tentatione. pax et gaudiuz in omni tribulatione. lumē et veritas in omni verbo et opere. ſolatium et tutela ſinalis in morte. Amen.

Alia oratio

Anima chriſti ſanctifica me. Corpus xp̄i ſalua me Sanguis chriſti inebria me. Aqua lateris xp̄i laua me. Sudor xp̄i ſana me. Paſſio xp̄i cōforta me. O bone ieſu xp̄e exaudi me. Intra vulnera tua ſanctiſſima abſcōdi me. et ne ꝓmittas me ſeparī a te. Ab hoſte maligno defende me. in hora mortis mee voca me. pone me iuxta te. vt cū ſanctis angelis tuis videā et laudē te in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Dicenti hanc orationē poſt miſſe celebrationē relaxat clemens papa verba in canone ſincopata vel irerata. Et conceſſit. ccc. dies indulgentiarum.

Bſecro dulciſſime domine ieſu xp̄e vt paſſio tua ſit mihi virtus qua muniar ꝓtegar et defendar.

Vulnera tua sint mihi cibus et potus quib⁹ pascar inebrier et delecter. Aspersio sanguinis tui sit mihi ablutio omniū peccator⁹ meorū. Horis tua sit mihi vita et gloria sempiterna. In his sit mihi refectio et exultatio. sanitas et dulcedo. studiū et gaudiū desideriū ꝛ solaciū cordis mei nūc et sp. Qui vi. et reg. cū.

Alii. O sacrū conuiuiū in quo xps sumit recolit memoria passionis ei⁹. mens impletur gratia et future glorie nobis pignus datur.. ỹsi. Panē celi dedit eis. Panē angelor⁹ manducauit homo. Oratio

Eus qui nobis sub sacramēto mirabili passionis tue mēoriā reliquisti. tribue qs. ita nos corpis ꝛ sanguinis tui sacra mysteria venerari. vt redēptionis tue fructū in nobis iugiter sentiam⁹: Qui viuis et regnas.

Alia oratio

Ratias tibi ago dñe deus pater ōps pijssime q̄ fecisti me indignū famulū tuū hodie fieri participē sanctissimi corpis et sanguinis filij tui dñi nr̄i ihesu xpi. te dep̄cor benignissime pater doce me ī hoc seculo sobrie iuste pie et caste viuere. verā hūilitatē patientiā et benignitatē cunctis exhibere. bonū exemplū alijs p̄bere. vt oēs bonitatē tuā in me cognoscētes glorificēt nomen tuū qđ est bn̄dictū in secula. Sancte deus. sancte fortis. sancte ꝛ imortalis miserere mihi famulo tuo. Et diuinū auxiliū maneat sp mecū. Amen.

Alia oratio

Aus tibi sit o fons vite viuens: vena dulcedinis inexhauste tubilus mētis: decor et sapor angelorū. gaudiū et cōsolatio oīm sanctor⁹ iesu xpe. q̄ me pauperē et exulē celesti cōuiuio. angelorū ferculo hodie associasti. et immortali cibo potuq̄ corpis et sanguinis tui satiasti. Per hāc cōionē me quesο ab oīb⁹ vicijs purges. ꝛ ab insidijs hostium visibiliū ꝛ inuisibiliū custodias. Dona mihi scelera mea p̄fecte cognoscere et cōfiteri. tribue dolere. p peccatis p̄teritis cauere de futuris. libera me ab oīb⁹ delictis meis. atq̄ me in tuis gratijs ac donis. opibusq̄ bonis tibi placitis cōserues. tuā mevoluntatē doceas. et aie meq̄ mō dulciter sentio esse refectā cū dies extrem⁹ fuerit dux et benign⁹ et defensor existas. et ipam in regnū celor⁹ venire facias vbi te laudare possit cū sanctis oībus p̄ oīa secula seculor⁹. Amen.

Alia oratio

Ya nūc p̄cor te pijssime deus p⁹ oībus familiaribus et amicis meis vt p adiutricē hui⁹ sacri virtutez eos dirigas ad eternaz salutē. Precor te mitissime de⁹ p oībus bonis hoīb⁹. vt p cōfirmatricē hui⁹ sacri virtutē cōfirmes et munias eos ad eternā salutē. Precor te benignissime deus p peccatis vniuersis. vt p reparatricē hui⁹ sacri virtutē. reparesq̄ et conuertas eos ad eternā salutem. Precor te clemētissime deus p oībus fidelibus defunctis vt p liberatricē huius sacramēti virtutē liberes ꝛ absolvas eos a malis et a penis: et ad eternā p̄ducas salutē. Vi dñe deus orans oro te instāter p hoc sanctissimū sacramentū tuū. vt speciales meos specialiter velis visitare. ꝛ bonos in bono p̄firmare. et malos a malo reuocare. et purgādos a purgatorio liberare digneris pater misericordiar⁹ per tuā ineffabilē maximā misericordiā. in eternū. Amen.

Oratio post missam

Neffabilē misericordiā tuā dñe iesu xpe hūiliter exoro. vt h̄ sanctissimū corpis ꝛ sanguis tui sacramentū qđ suscepi indign⁹. sit mihi purgatio sceleru. sit fortitudo fragilitū. sit cōtra mundi p̄cula firmamentū. sit impe

tratio venie sit stabilimentū gre. sit me/dicina vite. sit mēoria passionis tue. sit cō tra debilitatē fomitis. sit viaticū mee pe grinatōnis. Euntē me cōducat. errantē me reducat. reuertentē me suscipiat. titu bantē me teneat. cadentē me erigat. ī bo no pseuerantē me faciat. et ad celestē glo riā me pducat. O altissime de⁹. beatissi ma pñtia corpis et sanguinis tui sic im mutet palatū cordis mei vt pter te senti/at dulcedinē. nullaz amet pulcritudinē. nullā amet illicitū amorē. nullā desideret cōsolationē. nullā vnq̄ admittat malaz delectationē. nullū curet honorē. nullā ti meat crudelitatēt tribulationē. amen.

Incipit tractatus de laū de et virtute psalmorū et de horis canonicis dicēdis

Angelis sociank et assimilank hi q̄ deuote deo psallūt ipmq̄ ex toto corde laudāt. Hoc est em negociū angelorū scz lau/dare deū. Vnde dr̄ p̄. lxvij. de angelis. Preuenerūt principes piuncti psallēti/tibus in medio iuuencularū tympani/striarū. Deuotioni nāq̄ psallentiū adest pñtia z congratulatio angelorū. qđ psal. de signauit dicēs. In pspectu angelorū psal lam tibi. Vñ ergo sūmope cauendū est ne angeli discedant pter nostrā desidiā negligentiā insolentiā. aut dissonā melo diā. et displicentiā habeāt de nobis. put narrak in vitis patrum. Reuera doctores sancti lati psequētes laudē psallentiū et modū psallendi. sic ponūt dicētes in ge/nere. q̄ nullus possit mortalū verbis vl mente virtutes psalmorū z laudē diuinā explicare. si nō dūtaxat labioꝝ superficie sed intēta mēte et puro corde diuinelaus des psoluank. In psalmis inuenies si in tenta mēte nō celeritate verborū pscruteris. dñici verbi incarnationē. passionē. re surrectionē. et ascensionē. In psalmis in/uenies intimā peccatorū ꝓfessionē. et inti mā deprecationē diuine miscōie. plicitū cōtra aduersitates oīm rerū q̄ tibi accī dūt. dignā q̄ gratiarū actionē. In psal/mis ꝓfiteris infirmitatē tuā atz miseri/ā et p ipos deū inuitas ad misericordiā. si a deo mereris vt tibi reuelet secreta psal morū. oēs in eis inuenies virtutes. Si vis ꝓfessionē z peccatorū agere pniaz. nō celeritate verborū sed intēta mēte septe/nos dauiticos pnie decanta psalmos. et celerrimā experis dei clementiā. mentē tuā spirituali gaudio illuminare. et ma/gnā spem indulgētie tibi pmittere. Si vis orare laxa mentē tuā in virtute psal morū quoꝝ initiū est. Ad te dñe leuaui animā meā. In te dñe speraui. Inclina dñe. Deus in adiutorium. Deus in noie tuo. Deus misereak nr̄i. Exaudi deus pr̄imū. et nullaten⁹ hūanus animos pōt tā pfecte miseriā et tribulationē suā. an/gustiasq̄ tentationū explicare. et dei mi/sericordiaz inuocare. Si vis maiestatē dñi laudare. oīmq̄ beneficiorū gras age/re. decanta psalmos. quorū titulus est al leluia. et. Bñdic aia mea dñm. In hoc sacrificiū offers deo oīpotenti dulci⁹ sup mel et fauū. Si hūanis vel spūalib⁹ ten tationib⁹ affligeris. vt videaris a deo de relictus. intima mēte decanta psalmos quoꝝ initiū est. Deus me⁹ respice. Ex/audi deus oroz meā cū deprecor. Saluū me fac deus. et statim deus pondus al leuiabit tibi. Si pñs vita tibi ē fastidio sa et tediosa. et ardenti desiderio ad vidē dū oīpotentē deū accenderis. hos decan ta psalmos. Quēadmodū. Quādilecta. Deus de⁹ meus ad te. et cōplebīt deside riū tuū. Si in tribulationib⁹ derelictuz te intelligis ꝓpuncto corde decanta psal mos. Vsq̄quo dñe. Deus auribus. Mi serere mei deus. q̄m cōculcauit. Exaudi deus orationē meā et ne despexeris. In te dñe speraui. et statim visitabit de/us angustias tuas ꝓpicius. Accepta ita q̄ quiete decanta in laudē dei. Benedi

Notam dignissimam

cam dominū in omni tēpore. Benedic aīa. vrūcp Exaltabo te dñe. Et sp siue aduersitatis siue pſperitatis tpe. hymnū triū pueroꝝ pſalle. nullꝰ eīm mortaliū vir tutū hui⁹ hymni explicare pt. in quo oīs creatura ad laudandū deū inuitat. Si in diuinis laudibus et mandatis te exercere cupis decanta pſalmū. Beati īmaculati in via. et licet vsq; in finē vite tue huius pſalmi virtutē scrutat⁹ fueris: pfecte tū intelligere nō poteris. Ūū de virtute pſalmoꝝ sic inqt beat⁹ Hiero. Cāticū pſalmoꝝ virtutes infundit. aīas de corat. angelos inuitat in adiutoriū. effugat dem ões. expellit tenebras. efficit sanctitatē. hoi peccatori est refectio mentis. peccata delet. sanctoꝝ auget fidē. sicut sol illuminat. sicut aqua sanctificat sicut ignis peccatū exurit. sicut oleū defluit. oleū est misericordie. sol iustitie. pars angeloꝝ electa. deū ostendit. diabolū offendit. voluntatē illicitā extinguit. asperitatem ejcit omnē furoꝝ deprimit. iracundiā frangit. sīle est melle. carmē est electorum apud deū. omne peccatū expellit. vinculū est charitatis. emendat oīa. penetrat oīa: suffert oīa. docet oīa. significat oīa animā magnificat. turrim excelsam edificat. os purificat. coꝝ letificat. hoiem clarificat. sensus aperit. oē malū occidit. pfectionē instruit excelsa demonstrat. de fideriū regni celestis donat. pacem inter corpus et animā facit. Ignē spiritualē in corde accendit. cōtra oīa vicia sollicitudo est. certamen bonū quotidie est. radicē oīm malorū expellit. sicut lorica induit. sicut galea defendit. spes est salutis. cōsolatio doloris. protectio laboris. noticia veri luminis. fons sanctitatis. iuuenē hominē castigat. regnū celoꝝ sup terrā dat tedium aīe tollit. tuba est mirabilis. Qui diligit cantica pſalmoꝝ assiduū: nō potest amare peccatū. Qui habet laudē dei in corde suo; postremo gaudebit cum deo. aīam suā in celo letificabit in secula seculorū. Hec hieronym⁹. Jn pſalmis describunt̄ pmia bonoꝝ. supplicia malorū. rudimēta incipientiū. pgressio. pficientiū. pfectio quietiū. vita actiuoꝝ. speculatio ꝙtēplatiuoꝝ. Et qz decāratio horarū canonicarū laudē diuinū ꝙtinētiū debita seruitus q̄dā appellat. Jn seruitio aūt alicui debito quiuis debet esse fidelis. ne apicē negotiū ptereat vel omittat: sed integrū seruitiū suū sine fraude perficiat vt scribit. xij. dist. c. pres byter. Seruit⁹ est clericoꝝ septē horaꝝ seruitia q̄libet die pſoluere. Vnde ergo ille qui alicui qualibet die obligaretur in septē florenis. si in vno minus pſolueret nō plene satisfaceret. sic qui cantat vel legit laudes diuinas sincopando auferendo aut apocopando nō integraliter satisfacit. et per cō sequens negligēter et grauiter peccando agit: et maledictionē incurrit. Juxta illud Jere. Maledictus homo qui facit opus dei negligēter. De hoc cantoꝝ Parisiensis ita inquit. Charissime vt eternum premiū adipiscaris. insiste orationi et laudi diuine morose pscrutabiliter: et nō transitorie. Cum eīm aliquis transcurrendo reliquerit litterā vel syllabā aut dictionē seu orationē de horis debitis: perperā. prave orauit. tenet eīm ita bene ad vnā orationē dictionē litterā vel syllabam sicut ad aliā. cū de substātia sit orationis seu psalmi aut laudis diuine. Ut tendant ergo illi qui fraudulenter et furtiue pſallant et orant. auferesim faciēdo. in principio sez dictionis. siue sincopam de medio tollendo. aut apocopā in fine abscindendo. q̄ infideliter pſallūt: quia non integre vt tenentur. quia furant̄ aut surripiunt plures particulas. nec satisfaciunt. et de omissis reddituri sunt deo rationē. Hinc est ergo q̄ sathanas huius negligentie aduitor; vt possit negligentes accusare. visus est a sanctis patribus negligentias istas cōscribere. Vnde in vitis patrū narratur. Quomodo quidam pater sanctus vidit quendā demonem in corporali effigie apparentē. in fenestra

choꝛi sedentē. in quadā cute pergamínea conscribere negligētias psallentiū et cantantiū. Itē diabolus cuidā homini de noto occurrens. interrogatus ab eo vñ veníret. Respondit demon. de quodam collegio se venire. vbi asseruit se in sacco suo collegisse dictiones et syllabas in diuino officio p̄ sincopā obmissas vt tales in die iudicij de huiusmodi negligentijs accusare posset. Circuit nāq; sathan terrā et perambulat eā cōsiderando vnū quēq; quomodo cū ad negligentias vel ad faciendū mala perducere valeat. put innuit beatus Job in ꝓmo in secundo capitulis. Et i. Pe. ij. Aduersarius diabolus vester ꝛc. Circa quod sciendū est de negligentia oꝛarū quantū sit peccatū. Respondit Alexan. de ales. q̄ q̄n cōsuetudo negligentie circa negociū psallendi seu laudandi deū ducit hominē in contemptū. tunc negligētia talis est peccatum mortale. quia p̄ taccidere q̄ ex cōsuetudine quā habet homo negligenter psallendi. cōtemnat et nō curat bñ psallere vel dicere oꝛas suas. Nam ratio habet duas ꝓtiones. superiozē et inferiozē Quando ergo pars superioꝛ nō acquiescit inferiozi parte nō bene psallendo siue negligenter. nō dicit cōemptus nec negligentia mortale peccatum sed venniale. Quando vero acquiescit et non cohibet partē inferiozē quā debet cohibere. tunc est cōemptus. et ista negligentia est peccatū mortale. Unde nota q̄ oēs collaudantes tenentur auscultare et aduertere quid alij canunt psallunt vel legunt Alij vero psallentes cantantes et legentes tenenť distincte et ꝓceptibiliter. pnūciare: etiā sub debitis accentibus. Qui eīn cātat in choꝛo toto corde nō in mente suo distincte et aperte. et per cōsequēs ꝓceptibiliter hoc facere debet. vt ipemet similiter et alij sensum verboꝛū valeant ꝓcipere Ex his sequitur q̄ mozose et nō celeriter quis debeat diuinā laudē transcurrere. Hā si quis transcurrendo nimis celeriter cantat vel legit. sensum verboꝛum nec ipe percipit nec audiētes ꝓcipere permittit. et in hoc ꝓculdubio cōtra scīpm et primū peccat. Unde ergo qui sunt cōsueti sic corrupte et nimis celeriter psallere. debet aduertere damnum suum et ꝓximoꝛū. et negligentiā suam emendare: et non dicere. quia sufficit integra verba ꝓferre. Ratio. quia nec ipi seip̄os nec alij eos intelligere possunt. et sic effectum et fructū laudi diuine auferūt. Hinc q̄ dicit cantoꝛ parisiensis lib. v. Nullus potest inq̄t cuiusm bene legere oꝛare psallere aut cōtemplationi intendere. Ita q̄ charissime vt eternū adipiscaris premiū insiste oꝛationi et psalmodie mozose scitabiliter et non transitoꝛie. Etiā vt immixte laus diuina perficiať. id est vt nihil addatur sine auctoꝛitate superioꝛis ius ordinandi habentis. quia qui aliq̄d addit vel diminuit ꝓpria auctoꝛitate: superstitiosus dicit et falsarius reputatur put satis copiose dicit beatus Thomas scōa scōe. Bernar. sup cantica dic. Psallentibꝰ dignantur admiscēri angeli sancti. ea ꝓpter attendite angelos cū statis ad oꝛandū psallendū. et state cum reuerētia et disciplina. Xpi nimirū missi sunt in ministeriū ꝓpter nos. qui vt hereditatem capiamus salutis. deuotionē nostrā ferunt in supernā referūt gratiā. Ut sur pemus officium quoꝛū sortimur cōsoꝛtium. laudē cum celi cantoꝛibꝰ in cōmuni dicentes. vtpote ciues sanctoꝛū z domestici dei. O si quis haberet oculos aspertos et videret qua cura. quoue tripudio intersunt cantantibus supsunt. quiescentibus ordinantibus et ꝓcurantibus p̄sunt. Unde vos moneo charissimi pure semper ac strennue diuinis intereſſe laudibus. Strennue quidē vt sicut reuerenter ita et alacriter dño assistatis Nō pigri. nō somnolenti. nō oscitantes. non parcentes vocibus. nō p̄cidentes verba dimidia. nō integra transilientes nō fractis et remissis vocibus. sed virili vt di

gnū est sonitu et affectu voces spiritus sancti depromētes. Pure vero vt nil aliud dum psallitis q̄ qō psallitis cogitetis? Sed nec illa quidē pfecte recipere tunc cōsulerim que forte pauloante in cameris sedentes in codicibus legeratis salubria sunt. sed minime illa salubriter interpsallendus reuoluitis. Spiritus em̄ sanctus illa hora gratū nō recipit. quicquid aliud q̄ debes neglecto eo qō debitis obtuleris. Hec ille. Item Hiero. dicit. Sic distincte alternatim psalmi lectiones q̄ sacre pferantur. vt ob collisiones et hiatus et barbarismos adrisum nō puocent angelici spiritus. Sit semp moderatus quietus et suauis sonus in vocibus. nec vlla pompa in diuinis pconijs locū habeat. Summa deuotio. creba suspiria et lachrymas fundat. Sic morositas sic velocitas teneat q̄ nec fastidium nec impeditio lingue possit oriri. Nulla vnq̄ verba q̄ tum cū q̄ vtilia pferantur inter psallētes. sed illud in mētis archano summa cū diligentia ruminetur introrsum quod pagitur extrorsus. Nullius est meriti ore diuina officia verbositare. et misera mente que extrinsecus imminent vagando circuire. Hec Hiero. Quis ergo ꝓpter quascūq̄ orōnes priuatas. audet cursorie legere horas canonicas. ad quas astrictus est et obedientia. cum obedientia maior sit q̄ etiā que cunq̄ victime.. Legamus igitur distincte et ad intellectū horas canonicas et singula verba debite proferamus.

Nota quicunq̄ diligentiā suā fecerit si tñ ex subreptione inimici. vel infirmitate humana corde euagatus fuerit et distractus ab intentione in aliqua horarū cōtra suā voluntatē. Illi remittit Innocentius papa quintus omnē negligentiam in eadē hora cōtractā. postq̄ sequētem orationē post finē eiusdē hore deuote dixerit.

Oratio.

Sancte et indiuidue trinitati. ihesu christi crucifixi humanitati. et beate marie virginis ac matri regis altissimi. sit sempiterna gloria ab omni creatura: ꝓ infinita secula seculorū. Amen.

Legamus igit carissimi intellectualiter cū cordis actione. Affectualiter cū mentis deuotione. Integraliter cū plena expressione. Venerabiliter cum gestu corporis et oris. Cōgruenter in horis institutis. Qui deuote legit horas canonicas multas cōsequitur vtilitates Prima q̄ soluit tributū. quia quilibet tenetur laudare deum. Secunda alleuiat cōscientiā. Tercia quia deus illas orationes libentius et citius exaudit q̄ alias orationes priuatas. Quarta quia oia facta et facienda illius hominis deus ꝓspere regit et disponit. Quinta talis cō solabitur in tribulatione sua. Sexta deus preseruat illum a periculis et cōfusione quibus incidere deberet ꝓpter demerita eius. Septima deus ipm vngit spirituali gratia. Octaua ipm deus ducet ad celestes ciues deum sine fine laudantes. Nona deus est custos illius hominis quocūq̄ se vertit. Decima q̄ dabit sibi beatū finē. Undecima ipm deus citius a peccatis suis per penitentiā vocat q̄ aliū. Duodecima angeli sibi erunt familiares et amici. Tredecima omnia opera eius fiunt magis sibi meritoria. viuis et defunctis vtiliora et deo acceptiora.

De horis dicendis hos nota versus.

Canonicas horas si deuote legis oras
Tunc orantur hore cū corde leguntur et ore
Littera neglecta vel syllaba murmure tecta
Sicrio nō recta si sit mala lectio lecta
Colligit hoc sathanas si nō cū corde laboras
Fragmina verborū tirinillus colligit horū
quaqz die mille vicibus se sarcinat ille
quid facis extra chorū qui debitor officiorū
Es diuinorū cur induis acta vagorum
Sesine stare foras qr christus ponderat horas
Et numerando moras distinguit qualiter oras
qui psalmos resecat et verba dauitica curtat
Nil inde magis feret quā si sua lingua taceret
Cū dño psalles psallendo tu tria serues
Sirige cor sursum. profer bene. respice sensum
Auscultādo cane simul incipe desine plane
Nunc lege nūc ora nunc cū feruore labora
Nunc cōremplare nūc scripturas meditare
Sic erit hora breuis et tibi labor leuis

o aliâs Titrinillus.

horas regulares / deuoter / deo tribu / psciam / misericordie po
bñ lege / tū robitū / tius q̄ alias orōes

Canonicas bñ dic soluis leuias deus audit

alia agēdo / salubriter dirigit / psolat / .i. confusioni obsistit q̄ mentē gra
illa die possint accidere

Altera facta regit solans chaos obstat et vngit

supnis ciusb et h̄ in affe / custodit a mal / bñdictū finē tribuit ho
ctu q̄b p cordat effectu / culpe et pene / ras deuote dicenti

Et superis iungit custod finē benedicit

Psalmi quinq3 ōpera bona faciunt

p futuris / p̄teritis / de bonis / de beneficijs / de culpis /

Orant gemunt spērant gratulantur et timent

Ter quinquagenos dauid ponit in ordinē psalmos
Versus sex mille sex centum sex tenet ille ,

Ad intelligentiā horū versuū sequētiū. Si vis hrē exēplū de aliquo viciorū vel virtutū ī margine signatorū. videas vocabula et noīa in ordine versuū posita que per quotā illis suprapositā in biblia reperies.

esaie 34 / 2mach 9 / genes 20 / dañ 2 / Luc 18 /

Lucifer antiochus nēro th nabucho. phariseus superbia

genes 4 / 3regū 12 / 2regū 17 2paralip 18

Ira cayn roboam ferit achitophet et oriam ira

1regū 24 / 2regū 3 2regū 14 genē 37

Inuidere malo saul ioab ammon iacobitē inuidia

ezech 18 nūe 21 exōd 18 genes 13 ruth 1

Sodoma iudea pigri loth vyor et orpha accidia

numez 21 nūe 34 exōd 18 math 26 3reg 5

Ruben achor cupidi balaā iudas q3 iesi auaricia

daniel 14 1regū 2 genē 25 1regū 14 luce 15

Bel vorat et phinees esau ionathas quoq3 diues gula

genesis 19 iudicū 3 genes 34 2regū 14 nūe 25

Penthapolis gabaa et onas mare defluit amō

1regū 2 daniel ii genē 49 iudicē 16 3regū 2 nūe 25

Dauid presbyteri ruben samson salomō sab luxuria

genē 4 lucē 2 mat 3 luce 2 luce 18

Abel virgo iesus hūilis quoq3 in sticatus hūilitas

genes 16 numeri regū 7 thobie 2

¶ Mansuescūt isaac moises samuelq3 thobias mānsuetu.
.i. martyres

¶ queris amorosos omnes tibi collige passos charitas
iosue 14 pueb 31 2mach 38 1regū 14

¶ Sunt fortes iosue mulier iudas ionathasq3 fortitudo
ruth 2 luce 1x 2regū 19 genes 18 geñ 19

¶ Ipse pius boos zacheus bersel abraam loth largitas
exodi 24 daniel 7 ione 3 matth 3

¶ Abstinuit moises daniel ninuita iohānes abstinētia
hester 14 genes 18 iudith 2 daniel 14

¶ Hester cum sara cum iudith casta susanna castitas
2regū 11 exodi 11 iob 1 geñ 19 gene 4

Amon iudea nati iob loth godolie decōuiuio
daniel 5 marci 6 iudith 12

Balthasar herodes epulabantur holofernes
luce 10 iosue 13 geñ 16 genesis 18

Mart raab loth obeth abraam gaudet de hospitatōe

Incipit speculū peccatorū

Uolūtā charissime in via huius vite fugiētis sumus. dies nostri sicut vmbra ptereunt. Necesse est igit corde sollicito sepius memorari. qđ nr̄a fragilitas nr̄a mortalis infirmitas toties cogit obliui sci. ops dñs nostrū sui gr̄a volēs pfectū per beatū moisen nobis cōsulit dicens: Deutro. xxij. Utinā saperēt et intelligerent ac nouissima puiderēt. Eya frater mi ecce feliciter poterim⁹ euadere mortē piculū si diligēter studeam⁹ sequi diuinū cōsiliū qđ est mortis remediū salutis antidotū. pctōr speculū cū uobis insinuat dñs dicēs. Utinā saperēt et intelligerēt tc. O salutifera saluatoris nr̄i sīa ex qua nobis datur instructio sapientie. admonitio ptinentie. speculū puidentie. exaltatio pnie. acquisitio diuine gratie. Utinā saperēt tc. O admiranda bonitas nr̄i creatoris. o ineffabilis charitas nostri redemptoris. o pdicanda benignitas nr̄i saluatoris. Nos serui nequā sumus seruī negligētes seruī inutiles. q̄ nostris exigentib⁹ demeritis morte meruimus potius q̄m vitaz. Et ecce pius auctor vite. ipe dator venie. ipe largitor gr̄e nos inuitat ad gratiā dicens. Utinā saperent. Quis igitur nō periturus homo hec audiēs. ista ꝑsiderans nō vehemētissime gratuleť et vltra q̄m fari possit exultet in gaudio spirit⁹ in vtero eius. q ipi omnipotenti deo. ipi regi angelorū. ipsi creatori oīm creaturarū cura est de nobis infirmis et miseris atq mortalib⁹. Tu ra ergo pmaxima nobis inesse debet q̄tenus in oibus et pr̄e oibus et supra oia sacris eius pceptis diligenter obediamus et ea deuote diligamus et studiose ea impleamus. Alis em̄ ve nobis in ppetuū. q̄m teste apostolo miserabiliores oibus hoibus erimus et deteriores si hoc nō fecerimus. Et vere ad exequenda dñi mā data ociosi et inanes existim⁹. nisi in primis ola odio habeamus que ipi dño displicere cognouimus. et illa fideli corde diligamus q̄ tremende eius maiestati placere credimus. Proinde die nocteq exorandus est ipe clemens et miseri cors deus vt nobis largiat auxiliū q̄ suū tam salubre prestat cōsiliū dicēs. Utinā saperent.

Alde mira et vtilis est sīa ista utinā saperent ac intelligerēt nō semel tm̄ sed sepius rememoranda. Frater mi charissime intellige queso que legis. Cōsideratio em̄ huius sentētie. destructio est superbie. extinctio inuidie. medela malitie. effugatio luxurie. euacuatio vanitatis et iactantie. cōstructio discipline. pfectio sanctimonie pparatio salutis eterne. Ait em̄. utinā saperent: Heu heu q̄ paucor est ista virtus. pauci sunt qui salubrē hanc nostri saluatoris sententiā sapiant. pauci sunt quibus est ante oculos pr̄e fragilitatis cognitio. corruptibilis carnis corruptio peccatoz recordatio. instantis mortis meditatio. ardentis gehenne cōsideratio. Ecce q̄m vtile speculū peccatori. Reuera amantissime frater si te sepius in hmōi speculo perueris absq dubio samsone fortior. david cautior. salomone sapiētior eris. Illi autē in hoc speculo ptemplari se neglexerūt. ideo carnis sue desiderijs cecati corruerunt. Igitur si tanti viri tā horribile lapsi sunt in culpā. quibus tanta fuit sapientia et fortitudo. quāta cautela. quāto q̄ studio nobis est vigilandū q̄bus tanta debilitas tāta q̄ imperitia. Porro tres viri isti validi ideo legunť in ecclesia sancta. vt sint fidelib⁹ nō ad exemplū ruine sed ad speculū cautele. quaten⁹ nēo nostrū in sua cōfidat fortitudine. nullus p̄sumat de sua sapiētia. imo semp timidi. sp reatus nostri cōscij. semp de nostra salute simus solliciti nūq̄ corruptōis et nostre mortalitatis obliti. Qui vero huiusmodi verba negligenter attendūt nō sapiūt. nō intelligūt nec noissima puidēt

et sic in morte et damnatione vadunt. Ut igit mens nostra circa ꝓuidetie studium euigilet. dñica nos hortat sapientia dicēs. Utinā saperēt et intelligerent. Hāc ammonitionē salutiferā oculo cōsiderationis ꝓsideres charissime non in transitu immo cū studio et deliberatiōe sepissime reuoluēdo. qz sicut thus nō redolet nisi ponat i igne. ita nulle sacre scripture sapit sentētia nisi cocta sit in corde Ideo intellige hec verba et eorū sententiā in corde tuo imprime.

Tria tibi proponuntur

Utinā saperent et intelligerēt ⁊c. Ecce frater charissime tria tibi in hoc versu ꝓponunt scz. sciētia intelligētia et prudentia. Vult ergo dñs vt scias et intelligas insuper et puideas.

Vult vt scias vitā p̄sentē fugitiuā esse breuē et piculosam. miserijs tabescētem. vniuerse vanitati subiectā. peccatorum sordibꝫ pollutā. cupiditate corruptā in breue periturā. quatenus ꝯto infelicior mūdus iste esse cōspicitur: tāto facilius ꝑ amore celestis patrie cōtemnat.

Vult itaq; dñs vt fragilē tuā cōditionē intelligas. sic meditando vicz qz nudus es egressus de vtero matris tue: nudus reuerteris illuc. qz terra es et in terram ibis. In huius vite miseriā nudus ingressi. lugens dies tuos in dolore et erumna ⁊ transisti. et cum luctu et dolore hinc exiturus es. Intelligis ergo ꝯtum sit ingressus tuus flebilis. ꝓgressus tuus debilis. et egressus horribilis. Intelligis igit quantū sis in hac valle miserie exul et egrotus. virtutibꝫ paup et mēdicus labilis et infirmus ac in ꝓximo moritur⁹. Frater: felix eris si hmōi admonitionē intelligas et in corde tuo quasi in libro scribas. et hanc vnā quā tibi trado regulā seruare studeas. Uiue deo gratꝰ toti mūdo tumulatus. Crimine mundatus semꝑ transire paratus. O ꝯ bonus vir cuius aīa circa hmōi studia euigilat ꝯ prudenter sapit et intelligit ac nouissima puidet. Charissime ergo et tu faciliter. legisti iā in hoc speculo peccatoris dd sane sapias dd intelligas restat vt nouissima puideas. Ora ergo et dic cū ꝓphera. Notū fac mihi dñe finē meū et numerū dierū meorū qs est: vt sciam dd desit mihi. O vtilis oratio o felix ꝓtemplatio o necessaria postulatio. Nō plane tpa vel momenta q̄ pater posuit in sua potestate p̄scire deposcas. sed qꝫ sis a duena et pegrinus in huius erumnose peregrinationis exilio. homo infirmus et exigui tpis sup terrā. Intelligas ergo⁊ cognoscas vtinā saperēt et intelligerēt. Id ē peccata ꝑterita ꝯ sint amara. Uñ Jere. Uide ꝯ amarū et malū est te dereliquisse deū tuū. malū est in culpa. amarū est in pena. Et intelligerent scz p̄tia ꝯ sint vana. Eccl̄s. i. Uanitas vanitatuz sup oīa vanitas. Et nouissima. puiderēt scz eternitatē glorie ꝯ tum ad bonos. et mortis ꝯ tū ad malos. vt sibi ꝓuiderent sterilitatē futurā sicut Joseph Gen̄. Et Eccl̄i. vij. In oībus operibꝫ tuis mēorare nouissima tua et in eternū non peccabis. i. vix peccabis. Reuera frater charissime si breuitatē p̄ntis vite attēdas. qđ tibi deest in agēda deo cōdigna pnīa. in disciplina p̄ceptoꝝ ei⁹ obseruātia. in sanctitate corā ipa pficienda. saperes ⁊ intelligeres et morte tuā ante oculos ꝓspiceres. mox ꝓculdubio sine mora spretis pōpis. postpositꝫ mūdi curis. despectis carnis illecebris. ꝓiectis voluptatibus. contemptis delitijs intima custodia vigilares ac nouissima prudenter ꝓuideres. Sapientis em̄ est nō tā cuiuslibet rei pncipiū. ꝓspicere. qꝫ finē exitūꝫ prouidere. Denicꝫ felix eē. pbat q̄ sic cogitat de supplicio añ supplicii⁹ vt postm odū supplicij effugiat piculū.

que sunt nouissima hois

Jcis ergo mihi. Paratus sum
preoibus acquiescere diuino co
silio vt sapiāt intelligā ac nouis
sima,puideā. Sed q̄ sunt mea nouissi
ma. Illaq̄ de q̄bus tibi spūssanctus
p salomonē loquit dicēs Eccli. vij. vt su
perius iā dictū est. Jn oibus opib tuis
memorare nouissima tua ꝛc. Non pote
rit meli⁹ caro luxuriosa domari q̄ q̄lis
erit mortua sp p̄meditari. Et si talē me
ditationē habueris felicē te dicēt oēs ge
nerationes. Meditatio em̄ nō est aliud
nisi mētis ditatio. Peroptime mēs tua
ditat qñ p̄tra cūcta aduersantia,puiden
tie scia illustrat. Legit in poetria q̄ cen
tū luminib cinctū caput argus habebat
Qō ita p̄t intelligi.qz ex oi sue pte intra
mentis sue circūspectionē p̄udentiā pos
sidebat. Jdeo si tante studio cautele pol
lebat poeta pagan⁹ multofortius,puidē
tiorē oculū debet hr̄e clericus christian⁹.
Esto ergo alter argus. imo illo cautior.
illo studiosior. illo p̄udētior. vt sapias et
intelligas ꝛ nouissima tua p̄udēter,pui
deas Hec em̄ sunt nouissima q̄,puidere
sūma totius p̄udentie est, vicz illa hora
terribilis in qua misera aīa tua ex hoc
corpusculo corruptibili timēs est egressu
ra. Frater crede mihi tu q̄ legis hec. Ad
hmōi em̄ rei tremendā p̄sideratiōnē ma
luisse debueras ,putidentiā possidere: q̄
totius mūdi dñationē. Vtinā ergo sa
peres q̄ dei sunt:et intelligeres q̄ mundi
sunt. et,puideres q̄ inferni sunt. p̄rofecto
deū timeres. supna appeteres. et infernū
horreres. Jn illa nimis metuēda extre
ma hora tua. q̄s amicor. q̄s parentū tuo
rū veniēs cū gladijs et armis poterit au
xiliū ferre. Nō erit tūc q̄ p̄solet̄ te ex oib
charis tuis. Respiciens eris ad auxiliū
hominū. sed refugiū tuum tm̄ erit apud
deum.

Consideratio sue corru ptionis.

Cogites igit̄ tecū charissime sep
pius quo timore timēd⁹. q̄ amo
re diligēdus. q̄ honore venerandus est ip̄e dn̄s iesus xp̄s de⁹ noster qui
saluris p̄sidiū solus p̄stare p̄t post mortē
Reduc ergo dilectissime sep⁹ ad memo
riā illū extremū exitus tui diē ꝛ anteq̄
misera aīa tua de carcere carnis exeat,p̄
uideas q̄ vadat. Jstiusmodi cōsideratio
cōtritionē p̄cipit. cōtritio p̄unctionē pa
rit. cōpunctio p̄templationē scz piū ꝛ hūi
lē affectū in deū. Piū scz et cōfidentia ad
iutorij bonitatis diuine ꝛ clemētie. Hu
milē ex p̄sideratōe p̄prie fragilitatis ꝛ mi
serie. Hic lector rogo diligenter attende.
Quidem est in oi scia qō hoiez puocet
facilius ad sui custodiā et omnē iniusti
cia expellendaz. ad sanctitatē in timore dei
pficiendā q̄ sue corruptōis cōsideratio.
sue mortalitatz certa cognitio. postremo
tremēde mortis p̄sideratio. Et hō fit nō
hō hoc est qñ egrotescit.egritādo egritu
do crescit. peccator expauescit. cor cōtre
miscit. caput conturbescit. sensus euane
scit. virtus exaresc it. vultus expallescit fa
cies nigrescit. oculus tenebrescit. auris
surdescit. naris putrescit. lingua fatescit.
os obmutescit. corpus tabescit. caro mar
cescit. Tūc carnis pulcritudo feto⁹ efficit
tur ꝛ putredo. tūc homo resoluit in cine
rē ꝛ vertit in vermē. Ecce frater mi cha
rissime ecce satis horribile spectaculū sed
nimis vtile speculū. qm̄ nulla ars medi
cine nulla q̄ doctrina sic supat superbiā
nec sic vincit malitiā. nec sic extinguit li
bidinē. nec sic mūdi calcat vanitatē sicut
hmōi mortis recordatio. Ergo vtinā sa
perēt et intelligerent. ac nouissima ,puid rent.
Et q̄d huic mūdo vilescit tūc sicut hō cu
ius corpus cū sit exanime nō p̄mittitur
esse in domo p̄ triduū p̄ fetore. sed vt vi
le stercor foris p̄icit ꝛ in,pfundo terre ab
scondit. putredini tradit. vermibus esca
dat et cadauer efficit. Erubescat ergo su
perbo et infelix peccator timeat elatione
cecatus. ira inflatus impatientie vicio

